4 †vnde filius tenetur patrem iudæum alere:& econtra.29. distin.c.si qui filij.& 28.distin.§.ecce.¶Opp.dicitur hic,&.s̃.c. 1.ꝙ Iudei,& Sarraceni non possunt possidere mancipia Christiana,nec familiares.sed contra prima ad Thi.5.c.ibi[Si qui serui sint sub iugo,etiam infidelium,dominos suos honorẽt.] & 1.Pe.1.[subditi estote dominis,etiã discolis.]Io.dicit Gos. illud intelligendum est secundùm antiqua tempora, quando paganus non trahebat seruos suos ad ritus suos. hodie (quia id faciunt)dissoluitur ius seruitutis,cum etiam dissoluatur ius matrimonij.24.q.2.c.si infidelis. vel auctoritas Apostoli, & Petri habet locum in illis,qui sunt ascripti glebæ. de quibus. s̃.c.2.potest enim Papa interpretari dicta Apostoli, & euangelij.24.q.j.c.iam nunc.¶Secundò op.& videtur, ꝙ Papa nõ debeat imponere Iudeis legem: quia nihil ad nos de his, qui extra,&c.so.vt in gl.3.quæ ponit multos casus, in quibus Ecclesia exercet iurisdictionem in Iudeos.& alios addit Ioa.An. videlicet vt vsuras nobis reddant.de vsur.c.post miserabilem. & alia debita soluant.C.de Iude.l.Iudei. Item ꝙ per habitũ, vel signum à nobis distinguantur.j̃.e.c.in nonnullis.& vide in
5 Concilio Vien.de testi.c.cũ Iudei.†Item nec licet nobis ab ipsis(licèt boni sint medici)medicamina recipere, vel cum ipsis balneari.24.q.j.c.nullus.remittit Host.ad summam. eo. tit.§. & in quibus grauentur. & not. etiam de hoc plenè.28.quæst. 1.cap.sæpe.

A D D I T I O.

a ¶Bona sua.nisi ea,quæ quæsiuerit ex vsuris,vt hic,c,per abbatem.

S V M M Æ.

1 *Nomine non debet gloriari, qui illud impugnat.*
2 *Opem præstans delinquenti plus peccat,quàm ille,qui delinquit: vbi sine eius auxilio delinquere non valeret.*
3 *Auxilia,quæ defendunt,præstari à Christianis infidelibus.*
4 *Excommunicati ferentes prohibita Sarracenis,efficiuntur serui, & priuantur bonis.*
5 *Pœna,quam imponit Papa laicis ratione delicti, non applicatur sibi, sed iudici seculari.*
6 *Casus,in quo liber homo efficitur seruus.*
7 *Excommunicatus à canone potest iterum excommunicari ab homine.*
8 *Excommunicatio secunda quid operetur.*
9 *Effectus iniustæ sententiæ quis sit.*
10 *Excommunicatus difficilius resurgit,et gratiã Dei recipit,quàm alius peccator non excommunicatus.*

ITa quorundam Christiani deferentes Sarracenis merces prohibitas:vel in ipsorum nauibus ministrantes,excõmunicati sunt, & rebus suis priuandi, & capientium fiunt seruii.& primò ponit duplicem Christianorum excessum: quem secundò tripliciter punit,secunda ibi[tales.]¶Not.primò ꝙ
1 † non debet gloriari nomine. qui impugnat illud quò ad effectum.quia nomina debent esse consonantia rebus,vt Insti.de dõ.§.est & aliud.facit.j̃.de excess.prælat. cap. quàm sit graue. ¶Secundò innuit iste text.quòd ad hoc vt habeat locum pœna,requiritur,quòd deferant animo impugnãdi Christianos. & sic illud gerant in mente.contra quod videtur. j̃.eod. c. significauit.ipsa enim exportatio est prohibita,vt in iuribus allegatis in glo. 2.expone ergo ad impugnandos. idest ex quib. impugnari possint,licèt forsan illud in mente non gerunt. ad
2 hoc.ff.de aqua plu.arcen.l.i.§.4.dum exponitur verbum,noceat.idest nocere posit. ¶Tertiò not.†quòd præstans opem delinquenti,quasi plus peccat,quàm ille,qui delinquit,vbi sine illius auxilio delinquere non valeret.facit ad illa, quæ dixi plenè.s̃.de offi.dele.c.j.& l.is qui ope.ff.de fur.¶Quartò not.
3 †de duplici auxilio deferendi arma, & gubernandi nauem piratarum.de alio multiplici auxilio dic vt dixi.in d.c.j.vbi glo. magistra.& c.j.de pœ.in cle.gubernantes enim nauem æquantur in delicto pugnãtibus.j̃.de pen.c.quod in dubijs. ¶Quin
4 tò not.†istos excommunicatos seruos fieri priuatos bonis:& bene potest imponere Ecclesia istam pœnam ratione criminis,secundùm glo.est enim istud crimen ecclesiasticum.C.de epi.& cler. Aut.clericus. vel dic,quòd Papa ostendit hic,quid
5 principi facere incũbat.& collige, † ꝙ pœna,quã imponit Papa laicis,delicti ratione,non applicatur sibi: sed iudici seculari.facit.j̃.de hære.c.cum secundùm leges.li.6.¶Sextò no.†casum,in quo liber homo efficitur seruus.& vide.j.di.c. ius gen.
7 & Institu.de iure perso. §. fina. & l. manumissiones.& l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. ¶ Septimò not. † quòd excommunicatus à canone potest etiam excommunicari ab homine.de quo hic in gl.si similis glo.est.3.q.4.cap.Engeltrudam. ¶Glo.in ista quæstione arguit pro & contra.& soluit,ꝙ possit quis pluries excommunicari: sed tunc quæritur de effectu
8 secundę excommunicationis.& dic vt in gl.Host.dicit,†quòd iustæ excommunicationis specialiter,& nominatim prolatæ, quò ad primam pronũciationem,triplex est effectus.primus, ꝙ Ecclesia declarat illum,licèt occultum,à Deo fuisse separatum propter peccatum.propriè etenim nõ excommunicatio, sed peccatum separat à Deo.secundus, vt à communione Ecclesiæ separetur,per iura,quæ allegat glo.& quò ad hos duos effectus,excommunicatus amplius non communicatur. tertius, vt ab hominibus Catholicis sit exclusus, donec fuerit absolutus. de sentent.excommunicat.c.à nobis. & ca. nuper, Effectus verò secundæ sententię est et am declarare illum ex nouo delicto à Deo proiectum. & idem intelligas tertio de
9 tertia. quartò de quarta excommunicatione. † Effectus verò iniustę sententię vnicus est,scilicet vt talis, tãquam à Deo separatus, per se, & per alios euitetur: donec illud per iudicem

dicem suum decernatur:& quotiescunq; iteretur,sníæ iste est effectus.vbi autem certum sit,quòd sententia sit nulla, nullus est illius effectus.de excess.præla.c.cum ad quorundam.de offi.dele.c.contingat.de sen.excõ.c.solet.li.6.tenendum est au-
10 tem firmiter,secundùm Hosti. † ꝙ excommunicatus difficilius resurgit,& gratiam Dei recipit,quàm alius peccator non excommunicatus:& quòd orationes,& alia opera, quæ facit de genere bonorum,debiliora sunt,quàm in alio.remittit Hostien.ad summam de pœni.§.& an fictè.¶Do bannito an iterum possit banniri.vide in Spec.de accu.ad fin.& j̃.de sen.ex com.c.cum pro causa.& Bar.in l.de pupillo. §. si de pluribus. ff.de oper.no.nun.vbi an semel possit quis absolui ab omnibus excommunicationibus.

S V M M Æ.

1 *Iudei veteres synagogas in pristinum statum reparare possunt: nouas non possunt construere.*
2 *Refectio facilius conceditur,quàm de nouo constructio.*
3 *Refectio propriè sumpta quid de notet.*
4 *Synagoga si corruit funditus,an poterit reparari.*

1 COnsuluit. †Iudei veteres synagogas in pristinũ statum reparare possunt:nouas construere non possunt.& sunt duæ partes.secunda ibi[verum.]¶No.primò†ꝙ facilius conceditur
2 refectio,q̃ de nouo constructio.vnde constitutio legalis in patrimonio,quæ prohibet noua castra fundari,non extenditur ad refectionem castrorum.facit l.1.§.si quis ædificio.ff. de oper.no.nun.& ibi tangit Bar.facit.s̃.de feu.c.2.& c.cum apostolica.de his quæ fi.à præla.& l.de pupillo.§.si quis riuos. ff.
3 de op.no.nun.¶Secundò no.† ꝙ refectio propriè sumpta nõ denotat aliud,nisi quòd res in statu pristino conseruentur:nõ
4 autem amplientur,vel aliter exornentur. ¶ †Quid ergo si synagoga funditus corruit:an poterit reconstitui. ar.quòd non. ff.de ver.ob.l.inter stipul.§.socrum.& l.repe.§.rei mutatione. ff.qui.mo.vsu.amit.& istud c.cum iuribus.s̃.alle. inducit Ioa. An.ad quæst.an episcopus possit restituere presbyterum à se reuocatum,inuito patrono.de quo per Io.And. j̃. de rescrip. c.quamuis.lib.6.

S V M M Æ.

1 *Conuersatio assidua extra domum eiusdem est effectus cum illa, quæ habetur cum familia in domo.*
2 *Domestici dicuntur assiduè conuersantes,quamuis extra domum.*
3 *Conuersatio prohibetur inter eos, quorum studia sunt diuersa.*

AD hæc. In familiari seruitio Iudeorum Christiani esse non debent.prohibet,& phibitionis causam reddit,ibi[quoniã.]
1 ¶No.primò,†ꝙ eiusdem est effectus assidua conuersatio extra domum,cuius est,quę habetur cum familia intra domum.
2 & est ar.†ꝙ ita dicuntur domestici(ad hoc vt à testimonio repellantur)illi,qui extra domum assiduè conuersantur,sicut si
3 in domo propria habitarent.¶Secũdò no.† ꝙ prohibetur cõuersatio inter eos, quorum studia sunt diuersa. ¶ Tertiò no. præsumptionem,quòd facilius ex conuersatione assidua infidelis traheret fidelem ad infidelitatem, quàm fidelis infidelem: licèt quandoque sit econtra,vt.j̃.de diuor.c.gaudemus

S V M M Æ.

1 *Cogendus nullus est ad fidem.*
2 *Ecclesia suscipit baptizari volentes.*
3 *Iniuria non est irrigandа Iudeis in personis, vel in rebus.*

SIcut. Iudei voluntarij baptizandi sunt:inuiti cogendi non sunt:nec sine iudicio puniendi, nec spoliandi:nec in suis festiuitatibus perturbandi:nec ipsorum cemiteria violanda: nec ipsorum corpora exhumanda.ptes patent.¶No.primò,†ꝙ nullus cogendus est ad fidẽ:
1 si tñ baptismum recepit.(licèt inuitus)Christianus est, si coactio fuit conditionalis,non absoluta,vt.s̃.quod me.cã.c.dilectus.¶Secundò no.† ꝙ Ecclesia suscipit baptizari volentes.si
2 enim saluat corpora fugientiũ ad se.de immu.ec.c. inter.multò magis animas,quæ prætiosiores sunt.de peni.& remi. c.cũ infirmitas.¶Circa hoc quærit Ioa.An.de filijs Iudeorũ.dicit, ꝙ si sint adulti(nisi sponte elegerint)baptizari non debent.de paruulis dicit Ioa.ꝙ inuitis parentibus non baptizantur. Ita no.28.q.1.cap. Iudeorum filij.& ibi vide rationem.& vide de
3 hoc per Archi.40.di.c.qui sincera.¶Tertiò no.†ꝙ in personis, vel in rebus non est Iudeis iniuria irroganda. quare autẽ Ecclesia Iudeos sustineat,cum peccent mortaliter.no. in d.c. qui sincera.& de materia huius c.vide.C.eod.l. diem sabbati, cum multis alijs legibus illius ti.

S V M M Æ.

1 *Comes itineris eodem priuilegio vtitur,quo priuilegiatus.*
2 *Priuilegium concessum illis,qui debent se absentare pro aliquo negotio,incipit,cum exeunt:& durat,donec reuertantur.*
3 *Indulgentia simpliciter concessa intelligitur concessa cum obseruantia iuris communis.*
4 *Cibum non est licitum sumere cum infidelibus absque gratia: sed cũ modestia,& gratiarum actione.nu.5:*
6 *Infideles quare magis vitamus in conuiuio,quàm in colloquio.*

QVam sit. Ponit duas indulgentias illorũ, qui paganis prædicant.secunda ibi [insuper.]¶No.primò,ꝙ concedit Papa priuilegium huic episcopo,& socijs.concor.quod no.2.q.7.§.his ita.
1 † comes enim itineris eodẽ priuilegio vtitur,quo priuilegiatus.ad hoc.j̃.de priui.c.licèt.& ibi concor.in glo. concor. l. & Aut.habita.C.ne filius pro patre.& quod no.in cle.j. de pœn.
2 ¶Secundò no.†ꝙ priuilegium concessum illis, qui debent se absentare pro aliquo negotio,incipit cum exeũt,vt patet hic, dum dicit[cum exhibitis.]&c.& durat,donec reuertantur.qd dic, vt l.miles. & l.si cui.§.1. ff. ex quibus causis ma.¶Tertiò
3 no.quòd dicit[seruata temporum.]&c quòd indulgentia simpliciter concessa, intelligitur concessa cum obseruantia iuris communis:sicut cum conceditur inhabili, quòd posit facere testamentum.Intelligitur enim cum debita iuris solemnitate,
4 vt l.si quando.C.de inoffi.test.¶Quartò innuitur hic,†quòd absque gratia non est licitum sumere cibum cum infidelibus. de quo in glo.& 11.q.3.c.ad mensam. vbi no. qualiter magis
5 vitamus excommunicatos,quàm paganos. ¶Quintò not.†ꝙ cibus debet in domo infidelis sumi cum modestia, & gratiarum actione: vnde misceri debet sacrarum scripturarum lec-
6 tio.de consecra.dist.pe.c.in omnibus.¶Quærit glo. †quare magis vitamus infideles in conuiuio, quàm in colloquio. dic vt in gloss.& alia ratio assignatur in cap.omnis.alloga.in glo. quia facilius quis decipitur inter epulas.22.quæsti.3.c.vnusquisque. &c.

S V M M Æ.

1 *Prohibitum aliàs,causa redemptionis captiuorum videtur concessum.*
2 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
3 *Merces prohibitæ non sunt deferendæ hostibus tempore treugæ.*
4 *Treuga quid dicatur.*
5 *Constitutio puniens deferentes arma,& lignamina, comprehendit etiam transmittentes per nuncios.*
6 *Iurans non ire cum mercibus, nisi pax fiat:si vadit tempore treugæ cum mercibus prohibitis,excommunicatus,& periurus est.*
Et quid si iurauit non ire,nisi fiat pax,vel treuga: & tempore treugæ vadit cum mercibus prohibitis.nu.7.
8 *Merces prohibitas an sit licitum deferre pro redemptione captiuorũ.*

SIgnificauit. Sunt tres partes, quæ patent in litera. secunda ibi [illi quoq;.] tertia.ibi [ad vltimum.] & h.d.pro redimendis captiuis licet ire in Alexandriam,iurantibus,ꝓ nihil deferent subsidij extra redemptionis articulum. Portās,vel mittens etiam post treugam merces prohibitas excommunicatus est. tertiò dicitur,quòd pacis appellatione non venit treuga. ¶Not. primò
1 †quòd alias prohibitum causa redemptionis captiuorum videtur esse concessum.necessitas enim propria, vel suorum excusat à pœna.ar.l.cotem ferro.ff.de publica.& ff.quod metus cā.l. ſt quidem.& collige,ꝓ ab hostibus redimitur ꝗs ab alio per pecuniā.vtrū aut ille,qui redemit,habeat actionē contra illū redemptū.dic vt in l.nā & Seruius,ff.de neg.ge.imò videtur,ꝓ posit detineri,donec pretium soluat,vt.ff.de testa,l.qui
2 testō.§.1.¶Secundò no.†ꝓ limitata causa limitatum producit effectū.oia.n.quæ ad redemptionis articulum pertinent:videntur permissa,ar.c.præterea.de offi.dele.& l. ad rem mobilem.& l.ad legatum.de procur.alia verò,quæ nō tangunt articulū redēptionis,remanent in statu suo.ar.ad hoc. ff. de peti. hære.l.si quis.& l.admonendi.de iureiur. ¶Tertiò no. in ver.
3 illi quoq;.†ꝓ tpe treugæ non sunt merces prohibitæ hostibus
4 deferendę:sicut nec tpo guerræ: †quia treugaēnon est pax p-
2 petua:sed securitas ad tps psonis,& rebus concessa.¶Quartò no.in ver.illud sicut.coniuncto verbo concilij. de quibus.s̄.c.
5 ita quorundam.†ꝓ constitutio puniens deferentes arma, & lignamina comprehendit ēt transmittentes per nuncios,& sic quò ad pœnā imponendam non refert,faciat quis per se, vel per alium.qd' dic vt l.hæc verba. ff. de adul. & l.aut qui aliter. quod vi aut clā.per Bar.& l.si vnus.§. seruus meus. ff. de iniu. per eundē.idē si ratum habet delictum suo noīe cōmissum,c. cum quis.de homi.li.6.¶Quintò no.in ver.ad vltimum.duos
6 intellectus.vnus est,†ꝓ qui iurauit non ire cum mercib. nisi pax fieret:si vadit tpe treugæ cum mercibus prohibitis est ex
7 cōicatus,& piurus est.secūdus,†ꝓ qui iurauit non ire,nisi fiat pax,vel treuga.si tpe treugę tūc vadit cū mercib. ꝓhibitis,ex cōicatus est,sed non periurus:licēt.n. posit isto casu accedere tpe treugæ: non tā merces prohibitas deferre. ideò incidit in pœnam iuris,si deferat:sed non in pœnam constitutionis.
¶Quærit glo.dicitur in tex. quòd excepto redemptionis arti
8 culo &c.†an ergo pro isto articulo licitum sit deferre merces prohibitas.glo.tenet,ꝓ non:nisi auctoritate Papæ.Inn. arguit in contrarium.pro quo facit de sa.san.eccle.l. sancimus. &.s̄. de pigno.c.1.pro hoc facit iste tex.ibi [intrandi causa.] &c.p̄terea aliæ merces licitæ possunt portari, dummodo non sit guerra.dicit Io.An.ante factum,cōsule cum gl. maximè quia si Sarraceni viderent merces has posse deferri: nollent aliam redemptionem:& portantes haberent istud velamen paratū. post factum tene cum Inno.& Hostien.quasi necessitas redēptionis illos excuset à pena. 11.q.3.c.quoniam. de obser.ieiu. consilium illud autem est certum, quòd causa redemptionis captiuorum non est licitum exercere pyraticam artem in galeis Sarracenorum:quia isti directò impugnant Christianos, non sic qui arma,& necessaria subministrāt, secundùm Inno. & prædicta induco ad quæst.pone, ꝓ aliquis repertus est portare in naui,vel in scapha merces licitas, & illicitas prohibitas à statuto.nunquid omnia sunt publicanda fisco,vel communi.& quid si res deprehenduntur in via prius,quàm veniāt ad locum prohibitum.de his plenè vide per Cyn.in l.1. C. de nau.fœ.& hic ponas: quia eleganter arguit pro vtraq; parte.

A D D I T I O.

a ¶Quia treuga. Adde Alexan.& Doc.in l.conuentionem. cum multis concor.Ioidem per cum signatis.ff.de pac.Panor.in c. nouit. de iudi. Bald in ti.de pace Constan.§.vasalli,qui tempore in prin.

S V M M Æ.

Excommunicati sunt, qui cum Sarracenis tempore guerræ habent aliquod commercium:vel aliquod eis præbent subsidium.

1 *Et eis deferentes mercimonia.nu.2*

Quis tales excommunicatos poterit absoluere.nu.3

1 QVod olim. †Excommunicati sunt, qui cū Sarracenis tēpore guerræ habent commercium:vel aliquod eis præbent subsidium.& primò excomunicat. secundò hortatur illos,quibus scribitur.¶No.primò,quòd concilium Lateran.s̄.eo.c.ita quorundam. prohibet deferri arma,
2 & lignamina pro galeis,†c.istud extenditur ad omnia mercimonia,quandiu durat guerra,ergo à contrario sensu, si nō durat,ista alia mercimonia deferri possunt. cessante ergo guerra, durat prohibitio: & canon solū habet locū in mercibus, quæ faciunt subsidium ad pugnandum:vel pertinent ad dispēdium terræ sanctæ.vt.s̄.cap.proxi.& ita tempore non guerræ est prohibitio in mercibus non prohibitis.dicit Hostiē. quòd
3 esset necessaria declaratio.¶ Quærit gloss. †quis poterit absoluere istos tales.dicit quòd episcopi, ex quò Papa sibi non reseruauit.de sen.excō.c.nuper.& idem dicit Host.quò ad sēntiam canonis:sed si ab hoc excommunicati essent ab homine,ab illo,vel eius superiore absoluendi essent.quod dic, vt.s̄: de offi.or.c.ad reprimendam.hodie Papa temporibus, quib. solet facere generales processus (scilicet semel in anno)tales excommunicat:& sic sententia hominis ligati tales non absoluuntur hodie ab alio,quàm à Papa:imò difficulter illos absoluit.& adde quod no.Io. And. j. eo. c. excommunicamus.§. sanè.& ad hoc prodest scire, quid contra excommunicatum alia excommunicatio operetur.

S V M M Æ.

1 *Iudei de iure debent esse perpetuæ seruituti subiecti.*
2 *Contumelia non est impendenda pro gratia.*
3 *Prouerbia vulgaria allegantur loco iurium.*
4 *Prouerbium quid sit.*
5 *Delicta quædam sunt adeo grauia, quòd nedum dicere, vel facere: sed nefas est cogitare.*
6 *Christianus quilibet debet, quæ fieri videt in cōtumeliam creatoris, denunciare Superiori: vt corrigat illum talem.*

ET si Iudęos Iudei nutrices,vel seruientes Christianos habere nō debent.cōtradicentibus interdicetur Christianorum commercium,& quatuor facit. ponit exordium. secundò facti narrationem. tertiò prouidet, quartò pœnam iubet im-
1 poni. ¶ No.primò,†quòd de iure Iudei debent esse perpetuæ seruituti subiecti.Culpa enim,& delictum auctorum suorum deriuat ad posteros, vt. 1. quæstio. 1. cap.citò turpem. ibi [facto auctoris successio damnatur heredis.& vindicta glorię celestis transit ad posteros.] regulariter verò contra.C.de pœnis. l. sancimus.de hoc.1.quęst.4.per totum. ¶ Secundò
2 no.† quòd pro gratia non est contumelia impendenda.ingrati enim reuocantur in seruitutem,vt C.de ingra.li. & supra de ser.non ordi.cap.2.& 3. ¶ Tertiò no.quòd allegatur hic vulgare prouerbium.& dicit Io.†quòd vulgaria prouerbia loco
3 iurium allegantur,vt hic,& ff.de offi,proconsu.l.solent.§. fin. & de lega.3.l. si chorus.de iureiuran.c.quemadmodum.Tullius lib.2.rhetoricorum.†.dicit, quòd prouerbium est sententia generalis, cui consuetudo fidem attribuit: communis opinio ad sensum accommodat:incorruptę veritatis integri-
4 tas acquiescit.¶Quartò no.retributionem familiaris inimici similem his tribus exemplis. Ideo Boet. [Nulla est efficacior pestis ad nocendum:quàm familiaris inimicus.] de hoc. 93.distinct.cap.si inimicus.& Hiero.ad Pa.& Ma, secundo c. [Leuius est professum inimicum cauere: quàm hostem latentem sub amici nomine sustinere.] ¶ Quintò no. †quòd quę-
5 dam sunt delicta adeo grauia, quòd nedum dicere vel tacere: sed nefas est cogitare. vnde Seneca alibi de delicto quodam ait. [Summa enim prudentia summi viri maluerit illud incredibile scelus, & vltra audaciam positum preterire, quàm, dum vindicare vellet, iudicaret posse fieri.] ¶ Sextò no.in ver.alia insuper.†quòd quilibet Christianus debet, quę fieri videt in contumeliam creatoris, denunciare superiori,ut corrigat illum talem: non autem ipse vlcisci, vt l. nullus,C,eo.titu,& s̄.eod,ca.sicut.est ergo iste de casibus, in quo qui patitur,videtur consentire delicto, de quo in gl.alia no,per te collige.

S V M M Æ.

1 *Pœna iuris ordinaria,si non potest cadere in persōnam delinquentis, in alia commutatur officio iudicis.*
2 *Statuto cauetur,ꝓ qui extraxerit sanguinem in platea,amputetur sibi manus dextra:si ille non habet manum dextram,commutabitur pœna corporalis in aliam.*
3 *Ecclesia potest ponere pœnam pecuniariam.*
4 *Condemnari potest quis ex eodem processu criminaliter,& ad interesse partis.*
5 *Clericus potest agere pro iniuria sibi illata:similiter & ecclesia.*
6 *Ecclesiasticus potest exequi propter negligentiam domini temporalis.*
7 *Ecclesia indirectè quodammodo excommunicat Iudæos.*

POstulasti. Iudæus,qui percussit clericū, temporaliter punietur:vel interdicetur ei Christianorum commercium, donec satisfaciat.communis diuisio.secunda ibi [ad quod.] in qua respondet distinguendo,& subdistinguendo: quod per te vi-
1 deas.¶No.primò,† quòd si pœna iuris ordinaria non potest cadere in personam delinquentis,in aliam commutatur offi-
2 cio iudicis. & facit ad quæstionem. † statuto cauetur, ꝓ qui extraxerit sanguinem in platea, amputetur sibi manus dextra:pone,ꝓ ille non habet manum dextram; certè cum non habeat eam, commutabitur pœna corporalis in aliam. ita dicit Bar.in l.hos accusare.§.omnibus,ff.de accu.& Auth.sed nouo iure.C.de ser.fug. Sed nunquid ad pœnam arbitrio iudicis agetur ex l.antiqua: vel erit noua accusatio extraordinaria.dicit ibi Bar.ꝓ ex l.antiqua,per l.si criminis. C. ad leg. Iul.de vi,coniuncto dicto.§.& l.seruos.e.ti. facit ad prædicta l.2.C.vt intra certum tempus.& j.de male,c.statuimus. ¶Se-
3 cundò no.†ꝓ Ecclesia ponit pœnam pecuniariam: cuius autem lucro cedat.dic,vt s̄.de offi.ord. c. irrefragabili. & j. de pœnis.c.licēt.vbi plenè.& s̄.de arb.c.dilecti. vbi de pœna cō-
4 uentionali.¶Tertiò no,tex.ibi [faciens læso.] &c.†ꝓ ex eodem processu condemnatur quis criminaliter,& ad interesse partis,ar.contra.l.interdum.ff.de pu.iudi.Sed dic, vt l. interdum.§.qui furem.ff.de fur.per Bar. & c. qualiter, & quando, de accu,per Inn.¶Quartò no.in ver.alioqui.ꝓ si clerico per laicum irrogatur iniuria:agendum est coram iudice sæculari: & in laico extra territorium sui iudicis à quocunque foro: sed offendēs clericum videtur, quòd ex hoc efficitur de eius foro,sicut deliquendo in re ecclesiastica, vt in c.cum sit generale.s̄.de fo.compe.& c.postulasti,per Inno.est tamen statutum Perusij,ꝓ quicunque offenderit Perusinum in quacunque parte mūdi,posit puniri Perusij.Bar.determinat, ꝓ nō,
5 vt refert in l.nequid.de incen.ru.nau.¶Quintò no.†ꝓ clericus potest agere pro iniuria sibi illata:similiter & ecclesia, & sic ex vna iniuria obligatur quis pluribus.quod dic,vt plenè not. j.de sen.exc.c,parochianis.& per Bar.in l.j.§.idem ait. ff. de iniu.vbi quæritur,an per iniuriam illatam clerico competat actio episcopo:vel pro iniuria ciui illata competat actio ciuitati:vel si colono,vel famulo,competat actio domino,ibi
6 vide.& dicā in dicto,c.parochianos.¶Sextò no. † ꝓ propter negligētiam domini temporalis ecclesiasticus exequitur,cōcor.in c.licēt ex suscepto.de fo.compe.cum alijs ibi si. ¶ Se-
7 ptimò no.†ꝓ ecclesia indirectè quodammodo excommunicat Iudæos,dum prohibet Christianos merçari cum eis;separantur enim isto modo à communione fidelium. & maxima est pœna esse inter homines: & hominum carere commercio,vt l.hi qui secundā.C.de apostat.¶Octauò, & vltimò no, quòd Papa prohibet, ne cum aliquo quis mercetur: & sic non oritur obligatio,vt l.is cui bonis.ff.de verb. oblig. in excommunicato an posit contrahere,& alios actus facere.dic, vt in c.veritatis.s̄.de dolo,& contu.per Inn.

S V M M Æ.

1 *Iudæi à Christianis sunt habitu distinguendi: quia non cognoscuntur à Christianis,nisi per signa.nu.2*
3 *Credens agere cum Christiana,si agat cum Iudæa, an peccet grauius.*
4 *Ornatus quis non debet incedere diebus deuotis tempore Passionis.*
5 *Blasphemantes Christum puniri debent per iudicem sæcularem.*
6 *Iniuriam irrogatam Deo, & Saluatori nostro nullus debet dissimulare.*

IN nonnullis. Iudæi, & Sarraceni vtriusq; sexus in terris Christianorū debent vti habitu, per quem à Christianis cognoscantur.hoc primò,In die Passionis non exeant in publicum: nec in contumeliam creatoris prosiliant,secunda ibi [in diebus]
1 tertia ibi [illud.] ¶No.primò,† ꝓ Iudæi à Christianis sunt habitu distinguēdi.similiter meretrices ab alijs,vt l. itē apud Labeonem.§.si quis virgini. ff. de iniu.habitus verò seruorū non est distinguendus ab habitu dominorum,vt refert Seneca.[Ne si serui dominos numerare cępissent,vidētes se numero multò plures, in dominos impetū facerent.]per signa ergo cognoscitur signatū.similiter & nutu quis intelligit rem', de qua agitur,vt l.nutu.ff.de leg.3.& l.iubemus.de testamen.
2 ¶Secundò not.† ꝓ nisi per signa non cognoscitur Iudæus à Christiano:nec liber à seruo:nec discipulus à magistro, vt l.
3 & liberi.ff.de contrahen.emp.¶Tertiò no.† quid iuris de illo,qui credit agere cum Christiana,& agit cum Iudæa: licēt enim simplex fornicatio sit delictum: maius tamen propter qualitatem adiunctam.an ergo ille,qui credit agere cum soluta, agit cū nupta:vel ille,qui credit percutere laicum, percuti clericum: vel priuatum,& percutit in dignitate positum, an ſm veritatem:an secundùm opinionem veniat puniendus. dic,vt dixi.s̄.de biga.c.nuper.& ibi remisi ad Bar. in l. diuus. ff.de sicca.affectata tamen ignorantia pro scientia reputatur.
4 s̄.de clandest.desp.c.fin.¶Quartò no.† ꝓ in diebus deuotis non debet quis incedere ornatus: ornatio enim habitus est signum festiuitatis,& gaudij.& ex hoc præsumitur, ꝓ Iudæi dictis diebus ornatius incedentes vilipendant Christianos: quia ꝑ extrinseca,interiora probantur,vt l.nō codicillum.C. de codic. & Seneca [Indecens habitus exterior malè compositæ mentis est nuncius.] ¶Quintò not. † quòd blasphe-
5 mantes Christum puniri debent per iudicem sæcularem. & loquitur tex.in Iudæo blasphemo.de aliis dic, vt j. de male, c.1.& vide in cle.cedit.eo.tit. & vide pœnam capitalem contra blasphemantes Deum in Auth.vt non luxu. contra natu-
6 ram.j.respon.& §.1.col.6.¶Sextò no,† ꝓ iniuriam irrogatam Deo,& Saluatori nostro nullus debet dissimulare:est.n. ista vindicta publica;quia ius publicum in sacris, & sacerdotibus consistit,vt l.j.ff.de iusti.& iure.

S V M M Æ.

1 *Iudæi non sunt admittendi ad publica officia.*
2 *Committens officium Iudæo punitur.*
3 *Officialis indignè promotus deponitur, & debet restituere salarium, quod accepit.*
4 *Concilium prouinciale exercet iurisdictionem in laicos, qui Iudæis cōmittunt officia.*
5 *Pecunia quæsita ex illicito lucro est erogāda in vsus pauperum Christianorum: per manus tamen dtæcesani.nu.6.*

CVum sit Præponens Iudæum, vel paganum publicis officijs, per concilium prouinciale punitur. & præposito vetatur Christianorum cõmercium:donec dimittat officium:& inde suscepta restituat. & prima pars constitutio. innouans olim prohibita,prohibet, & causas reddit. secunda punit præponentem.tertia punit præpositum. quarta prorogat. secunda ibi [si quis.]tertia.ibi [officiali.] quarta.ibi [hoc idem.]

1 ¶ Not. primò , † ꝙ Iudæi non sunt ad publica officia assumendi:sunt enim infames, saltem infamia facti, vt l. cunctos populos.C.de summa trini. Item non possunt esse testes, vt s̃.de testi.c.Iudæi.& cle.j.de testi.an verò possint exercere officium publicum auctoritate,sed vtilitate priuatum, vt est of ficium tutelæ,& curę,vt l.spadonem.§.iam aũt.de excu.tu.ff.

2 ¶Secundò no.† ꝙ committens officium Iudæo punitur: eligens enim inhabilem ad officium, obligatur ex mala nominatione,vt patet.ff.de magi.conuen. in dignitatibus ecclesiasticis etiam est certum,ꝙ eligentes indignum puniuntur, vt s̃.de elec.c.cum in cunctis.& de postu.c.gratum.cũ si. ¶Ter

3 tiò no.† ꝙ officialis indignè promotus deponitur : & debet restituere salarium,quod accepit. quid si quis est electus ad officium legitimè:sed commisit barateria, ita quòd in medio officij remouetur,an debeat habere salarium.Barto.format istam quæstionem in assessore remoto propter barateriam.& dicit,ꝙ debet habere salarium pro illo tempore,quo culpam non commisit:non autem pro sequenti.& tenetur ille,qui eum conduxit,ad interesse,vt l.si mulier.§.si fundus.ff. loca.tangit gl.in l.diem functo.ff.de offi.assef.facit quod no. in l.2.ff.quod quisque iuris.& no.hic Bar.in l.Mæuia.ff.de an. leg.vbi vĩ casus,ꝙ non debeat habere.dic,vt ibi . ¶ Quartò

4 no.† ꝙ prouinciale concilium exercet iurisdictionem in laicos,qui Iudæis committunt officia: ad ipsum etiam concilũ spectat corrigere,& punire omnes excessus prouinciæ secundùm leges,in Auth.de sanc.epi. §. vt autem omnis status.

5 ¶Quintò no.†ꝙ pecunia a quæsita ex illicito lucro , est eroganda in vsus pauperum Christianorum.& inducit Io.An.ad

a quęstionem.qua quæritur:an teneatur quis potius prouidere,an pauperi hæretico,an extraneo Catholico. de quo plenè.30.dist.c.1.& 42.dist.c.quiescamus. 86.dist.c. non satis. & in Spec.qui fi.sint leg.§.quid si pater.& Hostien.in summa de

6 temp.ord.§.cui.ver.quid si pater.sub.§.7.¶Sextò no.† quòd prouidẽtia diœcesani episcopi est dicta pecunia pauperibus eroganda.est ergo vnus de casibus reseruatis episcopo,scilicet restitutio subtractorum,vel malè acquisitorum. ad idem de epi.& cle.C.l.nulli licere.& C.communia de suc. l. omnes peregrini.de testamentis.c.tua nobis §.1.de ecclesiasti.ti.§.si autem pro redemptione.coll. 9. c. ad hoc.Numeri.5. c. post prin.vbi de stip.tractanda dicit [si non fuerit , qui recipiat , dabunt domino:& erit sacerdotis.] respon.colligitur per Hostien.j̃.de vsu.c.cum tu.ne talia per simplices sacerdotes imbursentur,vel approprientur.& quia in maioribus, & in dubijs est prouidentia diœcesani adhibenda.s̃. de offic. archipres.c.fin.de senten.exc.c. nuper.& quia episcopus generaliter habet dispositionem omnium ecclesiarum suæ diœcesis . 10.q.j.c. regenda. & c. decernimus. & tota diœce. dicitur sua parochia.de rapto.c.j. dicit Host. ꝙ multi sibi hoc occupant hodie de his,& similibus in animarum suarum periculum:ac si essent episcopi disponentes : & transgrediuntur terminos constitutos contra.c.1.de sepul.vnde inhibendum esset, vt sequitur.ar.contra.c.qui satis.de hoc no.de testamentis.c. 2. li. 6.& vide quod no.ibi Io.An.¶Opp.dicitur hic,ꝙ Iudæi non possunt assumi ad publica officia,contra.ff.de decur.l. generaliter.§.fi.so.dic,quod illa l.corrigitur per l.fin.C.eod. tit.& ita ibi Accur.¶Secundò opp.dicitur hic,ꝙ dicta pecunia est diœcesani prouidentia distribuenda:sed contra imò videtur quòd illis,quibus est oblata,sit restituẽda,vt j̃.de homi.c.sicut dignum.§.eos.cum alijs similibus alleg.in glo.so.contraria loquuntur, cum est certa persona , à qua pecunia est extorta:sed hic loquitur,cum est incerta,secundùm gl.Io.And. aliter intelligit istud.c.dixit enim,ꝙ hic loquitur cũ Iudæus, vel paganus non grauat eum , à quo recepit vltra debitum extorquendo:tunc illi esset facienda restitutio. sed loquitur , cum recipit salarium:quod ille maior,qui eum præponit,cui libet soluere tenetur.huic ergo maiori non debet restitui:qa quò ad eum non potest dici indebitum fore solutum : rursus penes istum officialem,qui officium illicitum exercuit,remanere nõ debet.ergo bene prouidet istud.c.ꝙ pauperibus eroganda,sicut turpia lucra sunt fisco applicanda, vt alibi no.

A D D I T I O.

a ¶ Quod pecunia.Pecunia est vita hominis.Bal.in l.si tuis.C.de oper. li. idem in l.receptitia.de consti. pecu.& ibidem dicit pecuniam fideiussorem in necessitatibus.

S V M M AE.

1 *Iudex potest remittere pœnam propter dilectionem, & amicitiam.*
2 *Iudæus licèt non sit capax iurisdictionis,potest tamen emere eius fructus , & prouentus , quos per alios debet exigere , non per seipsum .*
3 *Clerici non sunt immunes à solutione regalium.*
4 *Regalia spectant ad reges:& quæ dicantur regalia.*

EX speciali Iudæi,vel pagani publicis officijs præficiendi nõ sunt. & si eis iura regalia vendantur, Christianus non suspectus ad illa colligenda præficitur.& in prima decisione ponitur regis culpa,& excusatio.In secunda contra vtranq; prouidet.ibi [mandamus.] ¶No.primò decis.ex qua patet,†ꝙ

1 propter dilectionem , & amicitiam iudex potest remittere pœnam.de quo.s̃.de offi.leg.c.nisi.& ibi tetigi. ¶Secudò no. ꝙ toleratur venditio redditiuum , non iurisdi. vel executoriæ

2 potestatis.sic s̃.ne præla.vi.su.c.j.& vlt.¶Tertiò no.† ꝙ licet Iudæus non sit capax iurisdictio. potest tamẽ emere eius fructus,& prouentus,quos debet per alios exigere,nõ per seipsum.de istis emptionibus regalium,& vectigalium dic , vt ff. de pub.l.locatio.§.ad conducendum.& l.cotem.§.fi.eod. tit.

3 ¶Quartò collige,† ꝙ clerici non sunt immunes à solutione regalium:à pedagijs sunt immunes, & ecclesiarum bona , vt c.quamquam.de cen.lib.6.& e.tit.c.præsenti.in cle.¶Quin-

4 tò no.† ꝙ regalia spectant ad reges.quæ autem sint regalia , no.in 10.coll.quæ sint regalia.dicuntur.n. via publica,flumina nauigabilia, portus, ripatica,telonea, moneta, mulctarũ pęnarumque compendia, bona vacantia, quæ vt indignis in legibus auferuntur,angariæ plaustrorum,& nauium præstationes,potestas cõstruendorum magistratuum , palatia in ciuitatibus consuetis,piscationum redditus,& salinarum,bona committentium crimen læsæ maiestatis , dimidium thesauri in loco Cæsaris inuenti,&c.vt ibi plenius .

S V M M AE.

1 *Iudæus non potest habere commercium mancipij Christiani.*
2 *Seruo suo priuatur quis fauore fidei.*
3 *Solidus quomodo accipiatur.*
4 *Libram auri faciunt. 72.floreni.*
5 *Pœna iuris intelligitur de moneta loci, vbi pœna est soluenda.*

NVlli. Se summat,& tria facit. dictũ ponit: mercatori prouidet : prouisionẽ de-

1 terminat. ¶ No.primò , † ꝙ Iudæus non potest habere commercium mancipij Christiani: dominium tamen à priori domino separatur:licet alteri non quæratur,vt C.ne Christianum man. l. vna.arg. contra. l. nec vtilem. ff. ex qui.

2 cau.ma.¶Secundò no. † quòd fauore fidei priuatur aliquis seruo suo.concor.sunt in fin.glo.¶ Tertiò not. æstimari seruum.

3 uum.12.soli.† accipitur hic solidus pro flore. secũdùm Vin. Idem Accur. de ser.fugi. l. quicunque. & idem Goff. per l. si mulier.ff.de mino.& Insti.de pœn.to.li. in fi. & hoc probatur ex coniunctione duarum legum,quarum vna cauetur,ꝙ 20. solidi dantur,ne libertas præstita reuocetur. ff. de ma. test.l. cum ex falsis.alia dicit aureos.ff.de inoffi.testa.l. Pap. §. vlti.

4 †& 72.floreni faciunt librã auri.C.de fusce. & archa.l.quotiẽs.li. 10.& hoc verum,quãdo verbum [solidus] profertur à iure:secus si ab homine,vt leg.cõtra.all.in gl. ¶Vltimò no. ꝙ quandoque quis consequitur libertatem legis beneficio : & hoc fauore fidei.Idem quandoque fauore communi , vt l. si quis in graui.§.hi quoque.ff.ad Sill.¶Vltimò no.gl.† ꝙ pęna iuris inrelligitur de moneta loci , vbi pœna est soluenda . quod not.

S V M M AE.

1 *Auxilium , omne consilium , & fauor prohibetur exhiberi infidelibus in dispendium terræ sanctæ , etiam si regimen gubernationis exerceant .*
Talia committentes qualiter puniantur.nu.2
3 *Pœna debet cedere lucro eius,qui ex delicto læditur.*
4 *Excommunicatus quicquid lucratur ex mercimonijs, est pauperibus erogandum .*
5 *Pœna à iure statutam si quis non potest soluere, debet in aliam commutari .*
6 *Pugnare contra Christianos grauius est crimen,quàm vsura.*
7 *Clerici euntes in subsidium terræ sanctæ debent habere fructus beneficiorum per triennium.*
Sed non quotidianas distributiones.nu.8
9 *Clerici omnes,& prælati vsque ad triennium debent conferre vicesimam partem fructuum in subsidium terræ sanctæ.*
10 *Cardinales an habeant ius capituli,siue collegij.*
11 *Fraudans vicesimam ignoranter,an sit excommunicatus.*
12 *Cruce signati debent esse immunes à tallijs,& collectis , & omnibus grauaminibus post crucem susceptam.*
13 *Excommunicatus potest vendere,emere,& alios contractus inire:nisi specialiter prohibeatur.*

AD liberandam. Cõcilium generale repetit Lateran.c.ita quorundam.s̃.eod.¶No.primò ,

1 † ꝙ omne auxilium,consilium, & fauor prohibetur exhiberi infidelibus in dispendium terræ sanctæ:etiam si regimen gubernationis exerceant.quod intelligũt quidam verũ, si exercent contra Christianos instructi.hoc nõ placet propter verbum hic in text.[in dispendium terræ sanctæ.] &c.Host. dicit,ꝙ verbum,in dispendium,&c.respicit clausulam,aut qui-

2 buslibet.¶Secundò no.†ꝙ isti taliter delinquentes non sunt absoluendi : nisi totum quod perceperint,restituant tantundem de suo:sed dices , quomodo possunt aliquid de suo reddere:cum omnia eorum bona sint ipso iure cõfiscata, vt hic. & s̃.eo.c.ita quorundam.dicit Ioan.An.ꝙ loquitur de bonis postmodum acquisitis:cõfiscatio enim iuris, vel hominis nõ videtur extendi ad bona postea acquisita.j̃.de pœ.c.felicis.§. verum.lib.6.ad hoc optimè.l.si tibi.§.si is,cuius bona.ff. mã. Sed dices vlterius.cum sint serui,non videtur,ꝙ possint postmodum bona acquirere.so.dicit, ꝙ ita demum sunt serui , si capti fuerint,& nõ ante,vt hic dicitur.dicit [capientium fieri seruos.] &c.& fortè oportet , ꝙ ista captura fiat tempore, quo exercet istam pyraticam prauitatem: vel quando defert ferrum:vel lignamina:vt sic aliquid plus operetur deprehensio in flagranti crimine:quàm si dudum postea vẽdicetur , vt ff.de adul.l.quod ait lex.& patet in spoliato, qui incontinenti,non ex interuallo potest expellere deiectorem.vt l.qui possessionem. ff. de vi,& vi ar.& l.rectè possidenti. C. vnde vi.

3 ¶Tertiò no,†ꝙ pęna debet cedere lucro eius,qui ex delicto læditur.hic enim terra sancta læditur ex auxilio, quod Sarracenis (& sic hostibus) exhibetur : ergo sibi pęna ista est applicanda , sicut pecunia simoniaca applicatur ecclesiæ ,in cuius contumeliam data fuit.de simo.c.consulere. & c. audiuimus.facit quod no.Bar.in l.j.expilatores. de effra. siue in l. agraria.de termino mo.& colligit Ioan.And. arg.hic,& s̃.c.

4 proxi.† ꝙ quicquid lucratur excommunicatus in mercimonijs,sit pauperibus erogandum, cum ex interdicta sibi communione hominum lucrum illud contingat.de cle.ex.c.illud. de hoc per Host.in summa.de pę.§.fin.sub.§.quid de his,qui

5 excommunicati.¶Quartò no.† quid iuris de illo, qui nõ põt soluere pęnã à iure statutã:debet.n. in aliam cõmutari. tetigi.s̃.eo.c.postulasti.& 5.q.6.c.quia iusta, & est regula generalis.ꝙ qui non potest soluere:luat in corpus. facit. j̃. de maie. c.2.& l.fi.de in ius vo.& circa hoc vide,quod no.Bar. in c. sicut dignum.j̃.de homi.in glo.quia non dimittitur.¶Quintò no.ꝙ delictum vnius &c.vnde Hyero.super Hiere.j.c. [aliorum tormenta,aliorum remedia sunt.] quia cum homicidia puniuntur,alij terrentur à scelere.nam malè meriti, vt exemplo alijs ad deterrenda maleficia sint , etiam egestate labora re debent,vt dicit tex.in l.bona fides.ff. deposi. ¶ Sextò no.

6 glo. † ꝙ pugnare contra Christianos grauius est crimen , q̃ vsura.quod patet;quia seuerius iudicantur.24.q.j.c. non afferamus.¶Septimò,& vltimò no.ꝙ concilium Lateran.prohibebat deferri lignamina pro galeis: sed si galeæ , vel naues deferantur,nihil dicebat:sed etiam tales comprehẽdit,vt hic. & sic si prohibetur materia , vt ligna : prohibetur species ex eis facta.ff.de leg.3.l.ligni ap.& l.quæsitum. §. illud fortasse. & l.lan.eo.tit.quæ faciunt pro, & contra. ¶ Vltimò scias , ꝙ Hostien. posuit hic decisionem huius Decre. & glossauit ipsam,vt hic ponit Io.And.in nouel.tex.& glo.Host. ẽt tractat plenè de multis priuilegijs ĩdultis cruce signatis. Ego ex tex. & gl.summabo breuiter,quæ mihi vtilia videbuntur, alijs re-

7 secatis. prima ergo pars dicit , † ꝙ clerici euntes in subsidiũ terræ sanctæ debent habere fructus beneficiorum per triennium:ac si essent in ecclesijs residentes.& si necesse fuerit, poterunt pignori obligare. ¶Quærit circa istam partem Ioan.

8 And.† vtrùm percipiant quotidianas distributiones,cum ipsas perciperent residentes:videtur,ꝙ non.sicut nec ipsas habent studentes in theologia: nec in seruitio ipsi existentes.de præben.c.licèt.de cle.nõ resi. c.de cetero.Host.tenet contrarium.ista enim verba [ac si essent in ecclesijs residẽtes.] operantur istum effectum:vt de quotidianis distributionibus habeant partem suam . Non obstant contraria : quia in ipsis non ponitur istud verbum,est.quia maiori priuilegio dignus est exponens personam tot periculis , & seruitio Iesu Christi.j̃.e.c.sanè.& in dubio melius est deseruire verbis: q̃ aliud fantasticè diuinare.de leg.3.l.non aliter.& de exerci.l.j. §. si is,qui nauem.& videtur hoc satis expressum de voto.c. fin.§. fi.secundùm Host.Io.An.tenet cõtrarium : & remittit ad nõ, j̃.de cle.non resi.c.vno.lib.6.& in Spec.de hær.in fin.& quod no.Io.An.j̃.c.j.c.excommunicamus. §. catholici. tangit etiã Io.An.quid si locauit per triẽnium in casu necessitatis, & interim moriatur.dic,vt in c. querelam.ne præla.vi.suas. ¶Secunda pars deci. ibi [cupientes autem alios .] &c. dicit in

9 summa,† ꝙ omnes clerici,& prælati vsque ad triennium debent conferre. 20. partem fructuum in subsidium terræ sanctæ,quibusdam exceptis.ipse autem Papa,& Cardinales de-

10 cimam integram pollicentur.super ista parte quæritur , † an Cardinales habeant ius Capituli,siue collegij : & videtur , ꝙ non.imò censeantur iure singulorum , tanquam homines à diuersis partibus mundi singulariter vocati,& in singulis ecclesijs sibi commissis intitulati.& ita tenent quidam : ex quo sequitur , ꝙ non habent arcam communem, nec syndicum , nec similia:quæ vniuersitas habere consueuit.no, j̃. de excess. præla.c.dilectam.& ff.quod cuiusque vni.no.l.j. & magna est differẽtia inter ius vniuersitatis,& singulorum,vt patet in eo, quod legitur,& no.s̃.de consti.c.cum omnes.Io.An.dicit , ꝙ

qui

qui hoc tenent,fortiter errant. Nam de facto ita est, ꝙ ante fiunt,quàm eis aliquis titulus assignetur:& hac consideratione Cardinales dicuntur simpliciter, nulla alia ecclesia expressa.23.di.c.in nomine Domini. cuius ergo ecclesiæ dicentur tunc temporis Cardinales? vtique non alterius,quàm Romanæ ecclesiæ,cuius semper Cardinales sunt.de re iud.c.ad apostolicæ.§.fi.lib.6.nam & arcam communem habent quò ad seruitia,& communia:& camerarium specialem loco sindici.qui & oblata ęqualiter diuidit inter eos, si sunt simul cōgregati:& ad tractatus communes,& totius mundi expediēdos communiter conueniunt tota die:& summum ius eligendi habent.quod ex iure congregationis, nō singularitatis cōpetit,vt patet in eo,quod legitur,& no.de elect.c.j.& c. licèt. nam & sacrum collegium communiter,& vulgariter nominatur.ergo ita est habendum.ff.de flumi.l.j.§.Labeo. & de spō. c.ex literis.c.ad hoc.23.dis.in nomine Domini.ibi appellantur gremium Romanæ Ecclesiæ.¶Quærit etiam,quia in tex.
11 dicitur. [† qui scienter fraudem commiserit in vicesima, sit excommunicatus.] quid si ignoranter.dic,ꝙ debet esse probabilis ignorantia excusata.j̃.de cle.ex.c.apostolicę.subiungit,quomodo potest circa hoc cadere probabilis ignorantia. dicit,ꝙ prima facie præsumitur scientia. C. de rescind. ven.l. quisquis. tamen euentus fortunæ contrarios effectus sæpius operantur.in Anth.de nup.§.hactenus col.4.& sæpius de facultatibus suis amplius,quàm in his sit,sperant homines.Insti.ex quib.cau.ma.non poss. §. in fraudē.dicit ergo. Io.ꝙ ad cautelā debent aliquid plus dare,q̃ minus: quia tutius ęst de benignitate præmium reportare,q de auaritia reddere rationem:sicut alibi.26.q.fi.all.dicit etiam Io.And. ꝙ deputati ad vicesimam colligendam non habent potestatem aliquid diminuendi,vel remittendi:nisi hoc expressè contineatur in literis eorum.ff.de procu.l.procurator totorum. & de dona. l. filius.j.respon. Ideò frequenter seipsos decipiunt, qui cū eis componunt.ego circa hoc quæro.an ista vicesima fructuum intelligatur,deductis expensis:vel non habita ratione expensarū,vicesima de recollectis fructibus debeatur.dic, vt s̃. de deci.c.pastoralis.¶Tertia pars,quæ incipit [sane ꝙ iusto.] &c.dicit, † ꝙ cruce signati debent esse immunes à talijs, &
12 collectis, & omnibus grauaminibus post crucem sumptam recepti sub apostolica protectione : nec bona sua debent ab alijs occupari:donec de eorum morte certissimè cognoscatur super hoc.Io.And.tangit de alijs prohibitis, præsertim à clericis exigendis. quod dic per Hosti.in summa de immu. eccl.§.à quibus.tangit etiā qualiter debeat constare de morte.& tex.dicit [certissimè.] dic,vt s̃.de spon.c. in præsentia. & vt li.non contest.c.quoniam.§.si verò.& per Bar.in l.2.§.si dubitetur.ff.quēadmo.test.ape.¶Quarta particula, quæ incipit [si qui verò.] dic.t,ꝙ non debent soluere vsuras,si ad eas soluendas erant iuramento astricti:nec currunt, dum sunt in seruitio Iesu Christi:& quia dilatio est parua, debet æquanimiter tolerari. & sic potest Papa concedere dilationem debitori.& est ex illa l.C:de preti.Imper.offe.l.quoties. & l.rescripta.¶Quinta pars,quæ incipit [cæterum.] tractat de cursarijs,& eorum fautoribus coercendis:& cum eis non cōtrahendo tanquam cum excommunicatis. ex quo colligit Hos.
13 argumentum,† ꝙ excommunicatus possit vendere, & emere,ac alios contractus inire:nisi specialiter prohibeatur,sicut hic fit.& j̃.de hęred.c.sicut ait.§.j.vbi de hoc.& c.ad abolendum.§.ciuitas.contrarium tenet Host. s̃.de dolo, & contu.c. veritatis.Non ob.iste tex.quia hic expresè ad maiorē exaggerationem,vt homines magis cauerent sibi,ar.in eo, quod legitur,& no.j̃.tit.j. c. si aduersus.multa enim specificantur, quæ insunt de iure communi.de iureiur.c.& si Christus. & de procur.c.quia in causis.¶Sexta pars incipit [quia verò.] dicit de mundi principibus ad concordiam reducendis: vt magis ad executionem subsidij terræ sanctæ vacare valeant,concedit indulgentiam omnium peccatorum veraciter cōfessis, & contritis euntibus proprijs sumptibus. & idem si miserint suis sumptibus viros probos:& istis simpliciter, qui pro mercede accedunt.facit etiam participes huius indulgentiæ omnes illos,qui iuxta quantitatem subsidij, & deuotionis affectum de bonis suis congruè ministrabunt:aut circa prædicta consilium,& auxilium imppederint oportunum, &c. tractat hic Host.de potestate sacerdotis circa potestatem absoluendi,& ligandi.& tex.ipsum declarat quibusdam facilibus apostillis:ideò non prosequor.

De hæreticis.

DICTVM est supra de his,qui baptizari cōtemnunt, & Christum non recognoscunt, imò colendo blasphemāt:submittit de his, qui post fidem, vel baptismum in hæresim incidūt.quis autem, & quot modis dicatur hæreticus.vide glo.j̃.eo.c.3. habetur de materia.24.q.j.per totum.& q.3.§.quia verò.vsque ad fi.& j. q. 7.& 24.q.7.per totum.repetitur in 6.& cle.conuenit rubricę de summa trini.c.dānamus.de p̃sump. c.literas.de cele. missa.c.in quadam.de bapti.c.maiores.de sen.exc.c.nouerit.j.respon.de ver.signi.c.super quibusdam.de prescri.c.2. lib. 6.& cle.j.de vsur.§.sanè.

S V M M AE.

1 *Dubitans in fide infidelis est,si habet animi pertinaciam.*
2 *Dubitans licèt non magis applicet mentem suam ad vnam partem, quàm ad aliam:tamen punitur, vt infidelis.*
3 *Dubitans applicat animum suum ad plura:& nescit, quid faciat.*
4 *Ignorans dicitur,qui nihil scit:sed scire debet.*
5 *Dubius aliquando æquiparatur ignoranti.*

1 DVbius. No.primò, † ꝙ qui in fide dubitat,infidelis est. & hoc verum in dubitatione,quæ habet pertinaciam animi dubitantis,& placentiam.sed dubitatio, quæ procedit à scrupulo conscientiæ.potius est pœna,q̃ culpa:nec habet hæresim : cū frequenter contra voluntatem accidat. imò ille, qui bene se confirmat in fide:& talibus motibus resistit,meretur: sicut ille,qui resistit stimulis carnis.6.dist.c.sed pensandum.& c.testium.aliàs non esset dare fidelem,qui non fuisset hæreticus. facit ad prædicta.24.q.3.c.dicit.& quod no.Io.An.j̃.c.cum
2 Christus.¶Secundò no.† ꝙ licèt ille,qui dubitat,non magis applicet mentem suam ad vnam partem,quàm ad aliam: tamen punitur vt infidelis.& no.ꝙ est differentia inter dubitationem,seu titubationem:ignorantiam,errorem, a & ne sciē
3 tiam. † dubitans applicat animum suum ad plura, & nescit quid eligat.vnde Terentius. [dum animus in dubio est paulo momento,huc & illuc impellitur.] & de isto no. s̃.de prę-
4 scrip.c.fi.† Ignorat,qui nihil scit : sed scire debet. vnde Salamon.[Qui ignorat, ignorabitur.] nescientia, cum scire non tenetur,vt facta aliena.vt l.fi.ff.pro suo.Errat, quando credit
5 vnū,& est aliud.& de hoc vide gl.in l.statu.ff.de testa.† quādoque tamen dubius æquiparatur ignoranti, vt l.manifestissimi.§.si autem nescius,& dubitans.C.de fur.& facit l. fin.C. de cond.ind.& de acq.hęr.l.6.§. j. quantùm ad materiam fidei ignorans, errās, & nesciens articulos fidei sunt pares, vt in secunda constitutione supra.

A D D I T I O.

a ¶Ignorantiam, & errorem.Dubitare, errare, & ignorare quid differant vide glo.in rub.ff.de iur.& facti igno.& in l.de statu.de test.Bal. in l.1. de fal causa adiec. leg.& l.1.C.de condi. indebi.

S V M-

S V M M AE.

1 *Patientia,& taciturnitas in delictis habetur pro consensu.*
2 *Reuocatio ab errore,an pertineat ad omnes.*
3 *Correctio iudiciaria pertinet solùm ad prælatum : euangelica ad omnes.*

1 QVi alios. No.regulam huius. c. ex qua collige, † ꝙ in delictis patientia,& taciturnitas habetur pro consensu,arg. contra.l.qui vas.§.vetare.ff.de fur.& l.filius.§. inuitus.ff.de procura.Sed dic,ꝙ in alienatione pro obligatione contrahentis taciturnitas non habetur pro consensu : sed ad tuēdam fidē quilibet tenetur, & resistere blasphemantib. vt s̃.c.j.& si Iudæos.ver.alia ergo.iste,qui non resistit errori, videtur approbare errorem. quid si quis percutit, vel alteri iniuriatur:ego autem taceo (cum possem talem iniuriam illatam proximo propulsare) an tenear.no.glo.j̃.de sen.exc.c. quare.& Dy.in reg.culpa caret.de reg.iur.lib.6.Illud autem est certum, ꝙ pro iniuria illata ab illis, quos prohibere de iure teneor,vt famulos,filios & si.si non prohibeo,teneor. vt l. scientiam. ad leg.Aqui.& l. stipulatio ista.& l. inter stip. in
2 prin.de ver.ob.¶Quærit glo.† nunquid ista reuocatio ab error pertineat ad omnes.gl.distinguit,vt in ea videtis.& quic quid sit in aliis delictis,ad quæ gl. videtur se referre : pōt tamen in hæresi aliquid esse speciale:vt quilibet teneatur ab illa proximum reuocare.& est ratio.quia istud delictum est cōtinuatum:ideò delictum non commissum, sed committendū videatur corripere, & proximum reuocare. ista est ratio Io. An.& subtilis, pro qua vide quod no.in l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiur. & quod not. j̃. de consang. & affi.c.j.in in cle.& l.in faciendo.§.infans.ff.de fur.Host.quò ad propo-
3 situm glo.† dicit, quòd iudiciaria correctio ad solum prælatum pertinet:euāgelica ad omnes.remittit ad no.de cog. spi. c.tua.de testi.c.in omni.

S V M M AE.

1 *Hæreticus perseuerans æternaliter damnatur:nec ei prodest baptismus:eleemosyna,nec martyrium.*
2 *Vel,dictio ponitur inter similia.*
3 *Scismatici redeundo ad Catholicam vnitatem,sunt recipiendi.*
4 *Eleemosina,martyrium, & cætera bona non prosunt hæretico, vel scismatico.*
5 *Hæreticus quis dicatur.*

1 FIrmissimè. † Hæreticus perseuerans æternaliter damnatur: cui nō prodest baptismus: eleemosina, vel martyrium.
2 hoc dicit. ¶Not. primò, † quòd dictio, vel, quæ solet cadere iter diuersa,sicut dictio,&,vt no.in rub.de iur.& fac.igno. ponitur hic inter scismaticum, & hæreticum. dicit tamen Io.
3 And.† ꝙ scismatici redeundo ad Catholicam vnitatem,sunt recipiendi: quia Ecclesia non claudit gremium redeunti. vt in epistola.inter claras. de summa tri.caueat tamen, ne post reuersionem in hæresim relabatur : quia grauius punitur, & tanquam relapsus,vt c.super eo.& c.accusatus.j̃.eo.lib. 6.
4 ¶Tertiò no.† ꝙ eleemosina,martyrium,& cætera bona non prosunt hæretico,vel scismatico.vtrùm autē si reintegretur,illa prius bona opera reuiuiscant.vide de pœni.di.3.c.pueri.& per Host.i summa de pœni.& remis.§.an fictè.¶Quartò no. verbum [reintegratur.] designat enim, ꝙ prius erat abscisum à corpore.ad hoc.j.q.7.c.conuenientibus. ver. item Ioā. vbi dicitur,ꝙ hæresis separat hominem ab Ecclesia.ad idem.
5 24.q.j.c.hæretici.¶Quærit gl.† quis dicatur hereticus:& dic, ꝙ multis modis,vt in ea.strictè tū sumendo,duob.modis vltimis gl.dī quis hæreticus.& hoc latius hic in nouella.

S V M M AE.

1 *Damnato auctore,non valent eius scripta.*
2 *Tabellio, vel testis si in instrumento, vel testimonio aliquid falsi immiscuit,an in totum vitiet.*
3 *Notarius si condemnatur super alio,quàm suo officio,an valeant instrumenta per eum conficienda.*
4 *Sacramenta recepta ab hæreticis quò ad essentiam an valeant.*
5 *Baptismus datus coactè coactione absoluta valet.*
6 *Baptismus in casu necessitatis potest recipi ab hæretico.*

FRaternitatis. Super isto.c. Inn.ponit vtilem gl. quia enim in tex.dicitur, † ꝙ damnato auctore non valent eius
1 scripta.declarat,qualiter hoc sit verum per aliquas quæstiones.primò ergo in illis, qui gerunt publicum officium, tria quærit.& primò de tabellione,qui condemnatur de falso:vel reprobatur aliquod instrumentum suum. an valeant alia. secundò quærit de teste, qui in aliquo dixit falsum : an quò ad alia valeat dictum suum. tertiò de sacramentorum effectu, quando ab aliquo hæretico sunt collata: vel alio suspenso, &
2 præciso:an valeāt, ita ꝙ gratia cōferatur,& executio. ¶† Primò ergo quæro in tabellione,vel teste: qui tabellio in instrumento:vel testis in testimonio aliquid falsum immiscuit : an in totum vitietur. dicit Inno.ꝙ aut illa falsitas non concernit substantialia negotij,vel ipsas circunstantias:& nō vitiat. vet bi gratia.si dicat contrahentes esse de alia terra, q̃ sint:vel si dicat aliorum affines esse,q̃ sint.In istis enim non consistit officium tabellionis,nec testis:nihil enim facit ad contractum, vel testimonium,vnde sunt cōtrahentes: vel quorum sint affines,& idem in similibus.& hoc tenet etiam Bar.in l.eos.ff.de fal.aut illa falsitas,siue mendacium respicit substantiam contractus, de quo fit instrumentum : vel reddit testimonium super circunstantijs eius, de quibus. s̃. de accu .c. inquisitionis.tunc siue scienter, siue ignoranter falsum admisceat, non valebit instrumentum,vel testimonium:ideò est,quia notarius in instrumento, vel testis in testimonio non debet vnquam ponere,nisi illud,quod vidit,vel nouit: & in hoc nō potest esse ignorantia.3.q.9.c.hortamur.& s̃.de offi.deleg.c. cū in iure.& hoc dicunt quidam verum, quando instrumentū, vel dictum testis continet vnum capitulum tm̃. tunc enim si circa illud dependens,vel connexum falsitas deprehendatur, habet locum,quod dixi.si autem sint diuersa, & separata capitula:tunc licèt in vno deprehendatur falsitas, alia non cassantur,arg.ff.de mino.c.etiam.& de nego.gest.l. eum actum. & istam distinctionem tenet Io.9.di.c.si ad sacras. & Goff.vt no.Io.An.s̃.de elec.c.ecclesia.2.primam tm̃ opin.ꝙ in totum instrumētum,vel testimonium vitietur, tenet Inn.hic.& ego, maximè in dicto testis:ꝙ siue articuli sint separati, siue connexi,non valeat testimonium:ratio est, secundùm Old. quia testimonium testis vnicum est:& super vno fundamento,scilicet iuramento,fundatum,vt C. de testi.l.iurisiuran.& per hoc vnicum debet dici,licèt plures articulos complectatur. ff.ar. fur.cæ.l.si gemina. si ergo pars est falsa: totum dictum inutile redditur,arg.l.cum eiusdem.ff.de ædi.edic.& est text. 3. q. 9.c.pura & simplex.& in dicto c.ad sacras.& hanc opi. tenet Old.consi.35.& intellige prædicta, quādo illa capitula separata sunt inserta in vno instrumento: vel super vno iuramento fundata.si autem damnaretur vnum instrumentum notarij,vel ipse condemnaretur de falso, vel etiam testis ; licèt in posterum instrumenta confecta per notarium condemnatum,vel testimonia non valerent:valent tamen, quæ condemnationem præcesserunt : licèt fortè minor fides adhiberetur instrumentis præteritis propter falsitatem nouiter commissam,ar.no.in l.si quis ex argētarijs.ff.de eden.& prædicta vera,quando est notarius, vel testis condemnatus ab hominē. Si autem à iure:tunc,antequam publicetur, viderentur omnia va-

nia valere ex eo, ꝙ in quasi possessione officij toleratur, vt in Auth. de tabel. in fi. siue in Auth. de fide instru. ad prædicta fa
3 cit l. ex falsis. C. de transa. ¶ Sed circa hoc quæritur. † quidã frater Ioannes fuit condemnatus de falso; quia duas chartas de libro communis extraxit. post dictam condemnationem officium notariatus exercuit: an valeant instrumenta? videtur ex dicto Inno. hic dicendum, ꝙ non, postquam fuit condemnatus de falso. cõtrarium tamen consuluit Bar. in prædicto casu: nam dictum Inno. debet intelligi, quando notarius condemnatur de falso commisso in officio. Sed in quæstione prædicta commisit falsitatem in officio non commisso sibi: nec, vt notarius, illud falsificauit: sed vt alius simplex reus. ¶ Sed contra hoc opp. iste est enim ammodo infamis: ergo non potest conficere instrumenta. dicit ipse; ꝙ licèt sit infamis: officiũ tũ notariatus nõ est sibi interdictum. pro hoc l. si aliquid. C. de suscep. & archa. lib. x. vbi expresè dr, ꝙ nõ põt exercere officium illud, in quo deliquit: aliud autem officiũ exercere ei non reperitur prohibitum. secundò probat per dictam l. si quis ex argentarijs. vbi dicitur, ꝙ aliàs & humilis deploratus edit rationes, & fidem faciunt. & gl. quæ est ibi, quæ dicit notario non credi: loquitur, quando deliquit in officio: sed hic non deliquit in officio. ergo, &c. & alijs rationibus efficacibus hoc probat, & incipit consilium. Frater Ioannes notarius de castro Durantis. tamen gl. videtur dicere, ꝙ qui officium notariatus exercuit per tempora (posito ꝙ non posse:, quia condemnatu) valent instrumenta per eum confecta. in Auth. de testi. §. pen. in gl. magna, quæ incipit. hic est arg. & c. in fi. & in Spec. de instru. edi. §. restat. ver. quid si tabellio. & in tit. de teste. §. 1. ver. vbi autem. pro Inn. tamen facit c. ad probandum. j. de re iud. vbi sententia, quæ reddit quem inhabilem ad publicum officium exercendum, producit ef-
4 fectum, vt acta per ipsum facta postea sint nulla. ad idem. c. veritatis. s. de do. & cõtu. ¶ † Tertia principalis quæstio Inn. est in sacramentis: dicit ipse, ꝙ sacramenta recepta ab hæreticis quò ad essentiam valent. 32. dist. c. verum. & gratiam cõferunt, si qui illa ignoranter sumunt. de Iuda enim constat, ꝙ fuit hæreticus. 1. q. 1. c. eos qui. & tamen baptizati ab eo gra-
5 tiam receperunt. j. q. j. c. Christus. & c. dedit. † Idem dicendũ, etiam si coactè recipiat. j. q. j. c. Dominus declarauit. quod intellige de coactione absoluta illius, qui aliàs baptizari volebat: aliàs nihil reciperet. s. quod met. causa. c. dilectus. Si autem coactio fuisset conditionalis, peccaret recipiendo, nec conferrent gratiã. 50. di. c. sicut. nec recipit gratiam, qui scien-
6 ter ab hæreticis suscipit sacramenta. † Baptismus tamen in casu necessitatis potest recipi ab hæretico, vt d. §. verum. & non solum ab hereticis: sed etiam ab excommunicatis depositis, & suspensis. Nam ab istis baptismus, & corpus Domini poterit recipi in casu necessitatis: non autem alia sacramenta. Inn. tamen sentit, ꝙ ab hæreticis, & excommunicatis non erit licitum recipere corpus Domini. Aduerte tamen, ꝙ licèt dictum sit, quòd qui ignoranter ab hæreticis recipiunt sacramenta, recipiũt gratiam: debet intelligi, dummodo, postquã sciuerint, per manus impositionem fuerint reconciliati Ecclesiæ. 1. q. 1. c. ẽt. & trib. se executionẽ aũt ordinũ hr̃tici suspẽsi, & alii p̃cisi ab Ecclesia, an conferant. hic tangit Inn. & plenius j. de scismati. c. 1. quod ergo dicitur in isto c. ꝙ oĩa sunt irritãda, si aliquis reprobatur: nõ intelligas de gestis ratione publici officij: nec de gestis semper ab hæreticis, & precisis, sed de expositionibus scripturarum, & omnibus alijs confectis ab his, qui non gerunt publicum officium, vt d. c. si ad sacras. facit l. fin. C. de edi. di. Adri. tollen. &c.

S V M M AE.

1 *Episcopus non potest instituere hæredem extraneum à consanguinitate: sicut nec hæreticos, aut paganos consanguineos.*
2 *Hæreticus siue sit consanguineus, siue extraneus, non potest instituì hæres ab episcopo.*

1 SI quis Innuit iste tex. † ꝙ episcopus non possit instituere hæredem extraneum à consanguinitate: sicut nec hæreticos, aut paganos con
sanguineos. quem intellectum gl. non approbat: sed intelligit
2 de extraneo hæretico: vt sit sensus. † ꝙ siue hæreticus sit extraneus, siue consanguineus, institui non possit hæres ab episcopo. & hanc lecturam tenent Ala. Lau. Inn. & Host. non. n. habet locum ista pœna, si bonis proprijs testarentur episcopi, instituẽdo hæredes extraneos Catholicos: tamẽ licèt quidam contra, secundùm Io. And. quia non præsumitur ecclesiam dilexisse, præponendo extraneos ipsi ecclesiæ. & intelligе istum tex. ꝙ episcopus instituendo hæredes hæreticos, puniatur hac pœna, quando hoc sciebat: probabilis enim ignorantia esset excusata. de cle. excom. c. apostolicæ. & j. eo. c. 2. lib. 6. ¶ Opp. dicitur hic, ꝙ post mortem debet anathematizari. contra, quia crimina morte extinguuntur. 23. di. c. quorundam. sol. dicit glo. speciale est in crimine hęresis. de hoc 24. q. 2. in summa. & remittit Hosti. ad summam de accu. §. quis accusari. & in Spec. de accu. ad fi. ver. Item ꝙ reus. & circa hoc vide etiam, quod no. 88. dist. c. nec. vbi tangit, cum in vltimo instanti iste valeat pœnitere: an hoc sit pręsumendum. sequens c. per te videas.

S V M M AE.

1 *Papa an possit facere nouos articulos fidei.*
2 *Articulos, qui continentur in symbolo apostolorum, omnes fideles tenentur explicitè scire.*
3 *Christus est aliquid, secundùm quod homo.*

CVm Christus. No. primò, ꝙ ista constitutio prohibet hoc dici in futurum: respicit etiam & in prętе
ritum. quia disponit super eo, quod statutum erat iure diui-
no, & naturali. j. de vsur. c. cum tu fili. ¶ Secundò no. hic Ala.
1 & Vin. † ꝙ Papa poterat facere nouos articulos fidei. i. quod modò credi oporteat: cum sic prius non oporteret. articulus tamen fidei strictè sumitur, vt omnes articuli, qui continen-
2 tur in symbolo apostolorũ. † & hos fideles oẽs explicitè scire teneantur: vt hic in iuribus allegatis in glo. largius sumitur, cum. s. vltra contenta in symbolo comprehendit diffinitiones factas per Romanos pontifices, vel Concilia: quale est tres personas esse coęquales, & alia multa. de quibus habetur. 15. dist. c. 1. 2. & 3. de consecra. di. 4. c. pen. & vlt. & ista secũdùm eos necesse est credere implicitè Christianis. prælati verò, qui legem scrutabiliter scire tenentur, debent scire explicitè. 28. dist. c. omnes. 23. di. c. qui episcopus. largissimè verò sumitur articulus, secundum quod respicit omnem veram scientiam circa fidem, etiam nondum diffinitam: & in hac acceptatione licet dubitare de articulis fidei nondum diffinitis: sicut de iam diffinitis licuit dubitare ante diffinitionem. 23. q. 1. c. dicit Apostolus. Spe. vocat talia articularia fidei in Spec. de leg.
3 §. nunc breuiter. ver. 2. ¶ Secũdò no. † ꝙ Christus est aliquid, secundùm quod homo. quidam dicebant contrarium, per id, quod dicitur ad Phi. 2. [in similitudinem hominum factus: & etiam habitu inuentus vt homo.] vnde dicebant, ꝙ assumpserat humanam formam, vt habitum: & potius continebatur sub prædicamento habere, q̃ etiam sub esse. sed malè dicunt, & hoc reprobatur. Non obstat illa auctoritas [quia humana essentia, & forma habet habitum hominis: quare habitus non negat essentiam.] quod est verum: nisi præponeretur dictio negatiua, vel taxatiua. vt dictio [tantùm: duntaxat, solùm.] & si. vt s. de causa pos. c. cum ecclesia Sutrina. & facit quod no. Io. An. s. de cle. non resi. c. quia nonnulli. in gl. magna. ver. quid si omnes.

S V M-

S V M M AE.

1 *Hæretici prohibentur receptari.*
2 *Priuilegia, & indulgentiæ quantuncunque verbis generalibus sint concepta, non includunt hæreticos, & alios delinquentes.*
3 *Hæretici non debent accipere ecclesiasticam sepulturam.*

SIcut. Hæretici, receptatores, & fautores ipsorũ sunt excommunicati. & decedentes in huiusmodi peccato in ecclesia sepeliri non debent: neo
pro illis orari. hoc dicit. ¶ Not. primò, † quòd isti prohiben
tur receptari: similiter & latrones, qui diu latere nõ poterũt: si non fuerint receptati, vt l. congruit. de offic. præsi. similiter seruum fugitiuum alicuius aliquis prohibetur receptare, vt l. quicunque. C. de seruis fugi. & etiam exbanniti. quod dic, vt not. Bar. in l. prima. & secunda. ff. de recep. facit. C. de fal. mo. l. prima. In istis iuribus, & non in eis habetur de istis receptatoribus delinquentium in eorum domibus. ¶ Secundò not. † quòd quantuncunque priuilegia, & indulgentiæ verbis generalibus sint concepta, non includunt hæreticos, & alios delinquentes. quia sub generalitate non veniunt odiosi, vt l. Lucius. §. Lucius Titius. de leg. 2. & c. alma. de senten. excom. ¶ Tertiò not. † quòd hæretici non debent accipere sepulturam ecclesiasticam: contra facientibus verò, & loco infligitur pœna. j. eo. c. 2. 1. responso. lib. 6.

S V M M AE.

1 *Excommunicantur omnes Christiani, qui aliter sentiunt de sacramentis, quàm sentiat Romana Ecclesia.*
2 *Episcopi sunt ordinarij in suis diœcesibus in crimine hæresis.*
3 *Capitulum sede vacante succedit in exercitio iurisdictionis.*
4 *Pœna clerici, qui in hæresi manifesta deprehenditur, quæ sit.*
5 *Nocens quis esse desinit in crimine hæresis regulariter per pœnitentiam.*
6 *Delictum iteratum seuerius iudicatur.*
7 *Relapsi in hæresim abiuratam, puniuntur pœna ignis.*
8 *Delictum negligentiæ cadit in vniuersitatem.*
9 *Exempti subiacent ordinario loci in crimine hæresis.*
10 *Prælato mortuo ante creationem successoris, ad quem deuoluetur potestas faciendi ea, quæ faciebat.*
11 *Commissio si facta fuerit alicui ordinario: an censeatur delegatus, vel ordinarius.*
12 *Clericus depositus, an gaudeat priuilegio clericali.*
13 *Degradatus an gaudeat priuilegio clericali.*

ADobolendam. Hęreticus malè sentiens, vel malè docens de sacramentis Ecclesiæ excom-
municatus est, nisi se corrigat, & errorẽ abiuret: si est clericus
degradatur, & traditur curiæ seculari: per quã laici legitimè punientur. eadem est pœna suspectis de hæresi, qui se nõ purgant: & relapsis audientia denegatur. Sæculares principes, qui iurare nolunt de Ecclesia contra hæreticos defendenda, dignitate priuantur, excommunicantur, & terræ ipsorũ interdicuntur. Ciuitates verò aliarum commercio, & episcopali dignitate priuantur: excommunicantur: & exempti in his sub-
1 sunt episcopis. partes patent. ¶ No. primò, † quòd excommunicat vniuersos, qui aliter de sacramentis hic expresis sentiunt, quàm Romana Ecclesia, & intellige vniuersos, scilicet Christianos: non enim intendit excommunicare Iudæos, & similes, qui non credunt in corpore Christi, & alijs sacramentis, vt infideles. de his enim nihil ad nos. 2. q. i. c. multi. de diuor. c. gaudemus. licèt aliàs interdũ puniantur. s. ti. j. c. Iudæi. 2. & de corpore Christi, & multis erroribus circa illud vide de consecra. dist. 2. c. omne. & per totum. de baptismo. vide de conse. dist. 4. per totum. de confessione. de pœni. & remis. per totum. de matrimonio. de biga. c. debita. de sacramẽto in frõte, ordine, & extrema vnctione. die plenè per Ioan. And. sup.
2 de sacra. non ite. in rub. ¶ Secundò no. † ꝙ episcopi sunt ordinarij in crimine hæresis in suis diœce. & tenentur in hoc inquirere ex officio. quòd si neglexerint, deponuntur. j. eod. c. fin. Dubia tamen fidei non possunt decidere: sed reseruanda sunt Papæ. 24. q. prima. c. quoties. In sententia tamen, & processu debet habere eps consiliũ sui Capituli: licèt consensum non expectet, de his, quæ fi. ã pla. c. nouit. & c. quãto. & de cõ
3 sue. cap. vlt. lib. 6. ¶ Tertiò no. † quòd Capitulum sede vacante succedit in exercitio iurisdictionis. de hoc supra de maio.
4 & obedien. c. his quæ. & j. dicam. ¶ Quartò not. † de pœna clerici, qui in hærosi manifestè deprehenditur: debet enim degradari, & tradi iudici seculari. in hoc ergo crmine non habet locum. c. cum non ab homine. sup. de iudi. ¶ Quintò not.
5 † quòd in isto crimine per pœnitentiam quis desinit esse nocens: regulariter verò in delictis non habet locum pœnitentia post delictum consummatum ad euasionem pęnæ, vt l. qui ea mente. ff. de fur. est & aliud speciale, quia ex præsumptionibus quis damnatur, nisi se purgauerit, vt hic in ver. qui verò. regulariter contra, vt l. absentis. ff. de pęn. & l. sciant. C.
6 de probatio. ¶ Sextò no. in ver. illos verò. † quòd seuerius iudicatur delictum iteratum ab eo, cui pœna fuit ex misericor
7 dia relaxata. † Istorum autem, qui relapsi sunt in hæresim abiuratam, est pœna ignis. probatur Ioan. 15. [Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescet. & colligent eũ, & in ignem mittent, & ardebit.] Lex ciuilis imponit vltimum supplicium. C. eo. l. Arriani. & alia lex dicit, quòd viui crematio est vltimum supplicium. ff. de pœn. l. capitaliũ. & hanc pœnam esse debitam, interpretata est generalis consuetudo. ad hoc supra eod. c. firmissimè. primo respon. ¶ Septimò no. in ver. statuimus. quòd Papa imponit pœnam laicis. & hoc propterea, quia est ecclesiasticum. dic, vt infra. de
8 homici. c. pro humani. §. sacris. ¶ Octauò no. † quòd delictũ negligentiæ bene cadit in vniuersitatem: & sic punitur vniuersitas, & ciuitas ex delicto omissionis. dixi supra de simo. c. dilectus. & aduerte, quia sicut persona vera, vt homo, excõmunicatur, & separatur à communione fidelium singulorũ: ita ciuitas à communione alterius ciuitatis: quia ciuitas est personæ repræsentatio, vt l. mortuo. de fideiuſ. & not. quòd dicit priuandã: nam alibi est ipso iure priuata. inf. de elec. c. vbi periculum. §. ciuitas. & de pœn. c. felicis. lib. 6. ¶ Nonò no.
9 † quòd exempti subiacent ordinario loci in isto crimine hæresis. & sic est casus, quòd ordinarius loci habet iurisdictionem in exemptos. aliud infra de supplen. negli. præla. c. 1. Et aduerte, quia tex. dicit [tanquam à sede Apostolica delegati.] &c. quasi ista sit iurisdictio alterius speciei: & subordina-
10 ria non inclusa. de quo. j. dicam. ¶ Quærit Inno. † mortuo prælato ante creationem successoris, ad quem deuoluetur potestas faciẽdi ea, quæ faciebat. Innocen. tradit regulam: quòd ad illum deuoluetur exercitium potestatis, à quo prælatus ille creatus recipit potestatem talem. & exemplificat per exempla. archidiaconus gerit vices episcopi: ipso igitur archidiacono mortuo, iurisdictionem archidiaconi episcopus exercebit. sup. de ma. & obed. c. his quæ. §. fi. Si autem ad Capitulum spectat electio canonicorum simul cum archidiacono, eo mortuo deuoluetur ad Capitulum eligendi potestas. de hoc tamen dic, vt j. ne sede va. c. j. lib. 6. Si autem archidiaconus faciebat aliqua iure suo: quæ ab alio non sunt sibi collata (vt si fundauit ecclesiam de bonis archidia. non Capituli.) tunc non deuoluetur potestas ad Capitulum: sed ad successorem tantùm. ne. se. va. c. illa. de testa. c. relatum. 2. vbi de hoc. & facit quod not. de excess. prelat. c. secundo. Si autem aliqua habeat ab episcopo: aliqua à Capitulo: & ille, & hi in eo, quòd ab eis tenebat, succedent, vt dicto cap. relatum. & 12. quæstio. 3. & 4. per totum. Subiungit quis succedit in his, quæ spectant ad episcopum iure suo: sicut iurisdictio, & confirmatio prælatorum. dicit ipse, quòd ista deuoluuntur ad Capitulum ipso iure. de ma. & obe. c. olim.

Si autē non suo iure:sed ex priuilegio episcopus exercebat,vt patet extra in fine huius.c.tenet Ioan.Mon. quòd in casu huius Decre.& in omni alio,in quo episcopus habet generalem iurisdictionem delegatam,succedit in illa Capitulum. ita no. in c.1.j.de maio.& obediē.Ioan.And.tenet hic contrarium: quòd illa, quæ competunt episcopo ex rescripto, vt iurisdictio delegata in casu.c.quoniam abbas.s.de offi. deleg. & si. & in isto. c. non succedet Capitulum in exercitio talis iuris ex rescripto; vel priuilegio competentis episcopo. exemplum posui in dicto cap.cum olim.in isto episcopo Senen.ad quem ex priuilegio Imperatoris competit dare licentiam doctorandis recipere testimonia Doctorum, & similia. In hoc enim Capitulum non succedet,vt dixi etiam.s. de foro compe.c.verum.Si autem episcopus cum alijs aliquid exercebat: tunc nec ad inferiores, nec ad superiorem, sed ad collegas officij deuoluitur hæc potestas.65.distin.c.fin. Idem fortè in absente, siue ex iusta causa absit, siue iniusta. in negligente dic,vt s.de testi.c.cum olim.de conces.preben.c.nulla. In capto ab hostibus dic,vt j.de supplen.negligen.præla.c.si episcopus.& in d.c.1.ne se vacan.li.6. vbi de hoc melius, quàm alibi.¶Secundò quæro,in isto.c.& in quibusdam alijs Papa, dum cōcedit ordinarijs iurisdictionem super eos,dicit,quòd hoc faciant tanquam à sede apostolica delegati. Ita dicit hic in fin.c.& s.de ma.& obe.c.irrefragabili. §. cæterum. de cle. ægro.c.vno.lib.6.de sta.mona.c.vno.ad fi.& cle. quia regulares.de supplen.negligen.præla.& de reli.do.c.quia contingit.

11 ¶† Quæro ergo, in prædictis casibus, & in similibus, si isti erant iudices iure suo: an tanquam delegati Papæ: magna est enim differentia inter istas species; quia altera est fauorabilis, alia odiosa.j.de rescrip.c.primo.lib.6.glo. in dicto. §. cæterùm.tenet illam ordinariam.& idem Hostien. vel quasi Vin.præcisè.& Innocen.alternatiuè tenent illam delegatam: & est in ea speciale, quòd non expirat morte, & quòd opin. Hostien.& sequacium sit vera, videlicet quòd sit ordinaria, arguit Io.And.diœcesani in isto crimine habent iurisdictionem in sua diœce.vt patet.sup.in princip.& de offi.ordi. c.1. Si igitur quò ad quosdam potestas talis subtracta ex priuilegio exemptionis eis redditur: debet ista restitutio reponere ordinariam in illo exercitio,sicut primo:quia res de facili reuertitur ad naturam suam,vt l.si vnus.§.pactus. ff. de pac.ad hoc.l.filio quem pater.ff.de libe.& posthum.ibi [non translatus;sed redditus videtur.] &c.ad hoc etiam quod not. sup. de consti.c. cum accesissent.& c. quamuis.de rescrip. lib.6. & quod no.de beneficio reuocato in clem. literas.de rescrip. & ex primordio tituli posterior formatur euentus, vt C. de impo.lu.des.l.prima.& de leg.1.l.cum filius. §. hæres. & ista faciunt pro Hostien. quòd ista censeatur iurisdictio ordinaria.Ioan. And. tenet secundam opin. Vin. & Innocen. quòd ista sit censenda iurisdictio delegata: quia ita iste text. ipsam appellat.Non obstat,quòd ista iurisdictio non expiret morte;quia isti non sunt delegati Papæ,sed sedis Apostolicæ,quæ non moritur,vt in c.si gratiosè.de rescrip.lib. 6. Ista iurisdictio non delegatur personæ,sed dignitati, quæ non moritur. de offic.deleg.c.quoniam.Non obst.§.potestas.& l.filio.cum alijs allega.quia procedunt in restitutione:sed hic fit delegatio,non restitutio. Et ex hoc sequitur, quòd in casu huius c. & similibus alleg. s. si contigerit appellari, appellabitur ad Papam,non ad proximum.ad hoc. j. de cle. ægro.c.vno.§.si autem.lib.sexto.vbi ad Papam recurritur, si aliquid difficultatis emergat.facit quod de deuolutione no.in cle. prima de sup. de negli. præla. super verbo auctoritate. sequitur etiam & aliud,quòd si archiepiscopus, vel quicunque sit, impedit processum contra talem exemptum, poterit eum coercere: quia quò ad illam speciem,est maior eo.de offi.dele. c. sane. 2.præterea si diceremus contrarium.sequeretur, quòd Papa intendens dare vnum ex priuilegio contra exemptos, daret plures gradatim,vt ipsum episcopum,archiepiscopum,&,patriarcham.& sic habebit iurisdictionem super exemptum is, cui concessa non est:cum tamen talia suas species non excedant,vt patet de statu mon.c.1.in fin. & in cle.attendentes. ver.ad quæ omnia.e.ti.Non obst.c.Romana. §. debet.de appell.lib.6.vbi appellatur ad archiepiscopum,etiam in causis, quæ de iure communi non spectant ad ipsum. nam ibi cessant rationes prædictæ:nec cognoscit,vt delegatus,sed vt or-
12 dinarius.¶Tertiò quæro:† an clericus depositus gaudeat pri
a uilegio clericali.[a] dic,vt no.81.dist.c.dictum.& 50.dist.c.ac-
13 cedens.& de senten.excommu.c.contingit. ¶†De degradato expeditum est.j.de pœnis.c.2.in fi.lib.6. dicunt quidam, quòd depositus omne priuilegium amittit: ita quòd eū percutiens non est excommunicatus. vel (quod securius est) dic, quòd tunc demum depositus priuilegium amittit, cum incorrigibilis factus relinquatur curiæ seculari.ita dicit Gof. secundùm Ioan.And.super glo fin.not.Ioan.And.aliquos casus,in quibus audientia alicui denegatur appellanti contra iura.discedenti à suo proposito, alleganti turpitudinem suam illis,penes quos ludus exercetur. item illi, qui est in manifesta calumnia,&c.vt hic per eum vide.

DDITIO.

a ¶An clericus depositus gaudeat priuilegio clericali.vide Ioan.de Turre cremata in c.clericum.11.q.1.

SAMMÆ.

1 *Publicatio bonorum quando imminet:considerandum est,in cuius territorio sunt sita.*
2 *Publicatio,& bonorum confiscatio debet esse perpetua.*
3 *Indulgentia facta abiuranti hæresim non extenditur ad bona: nisi expressè dicatur.*
4 *Bona confiscantur propter delictum.*
5 *Filius punitur ex delicto patris.*
6 *Filius non priuatur beneficio ecclesiastico propter crimen læsæ maiestatis commissum per patrem.*
7 *Nepotes in casu istius Capituli, an contineantur appellatione filiorum,& cæteri descendentes.*

VErgentis. Bona hæreticorum confiscantur, etiā si Catholicos habeant filios. præmittit decisum exordium. secundò ponit statutum de publicatione. quod probat per argumentum à minori. tertiò soluit obstaculum. secunda ibi
1 [in terris.] tertia ibi [nec huiusmodi.] ¶ No. primò, † quòd quādo imminet publicatio bonorum, considerandum est in cuius territorio sunt sita;quia per illum est publicatio facienda,vt in c.postulasti.sup.de for. compe. & loquitur iste text. de publicatione, siue actuali executione:cōdemnatio autem semper spectat ad iudicem Ecclesiasticum super crimine hæresis.vt j.eod.c.cum secundùm leges. lib. 6. Quid de feudo condemnati de heresi, an redibit ad dominum;vel transibit in fiscum?vide in Specu.de feudo.§.secundo. ver. 40.& tetigit Ioan.An.post Hosti.de pœn.in c.in quibusdā. in fi.& plenius per Bar.in l.si finita.§.si de vectigalib.ff.de dam.inf.& l.
2 prima.C.de bo.li.per glo.& Cyn.¶ Secundò no. † quòd publicatio,& bonorum confiscatio debet esse perpetua. Vnde condemnatus ad publicationem bonorum, non debet postea illa bona habere: nec possunt ad eum reuerti.facit quod not.supra quod metus causa. cap.ad audientiam.& quod dixi.s.de off.deleg.c.quærenti.¶Tertiò not.quòd condemnato quandoque fit bonorum restitutio ex gratia. ex quo colli-
3 ge,† quòd licèt quò ad pœnā corporalē parcatur abiurāti hæresim, vt c.ad abolēdā.§. illos quoq;. s. eo. talis tñ indulgentia non extēdit ad bona:nisi expressè dicat, ar. huius c. facit qđ no. in l.1.

in l.1.C.de sen.& pas.& l.si ademptis. & l.si insulam. & l.generalis.eodem.titu.& l.seruus effectus. de actio. & obligatio.
4 ¶Quartò not. † quòd propter delictum bona confiscantur: nec transeunt ad filios.& est speciale in isto crimine hæresis, & in crimine læsæ maiestatis. regulariter verò bona condemnatorum filijs reseruantur,vt in Authen.bona damnatorum.C.de bon.dam.& est ratio in istis criminibus. quia bona à tempore delicti ipso iure sunt confiscata: ergo pœna, quæ infligitur, ipso iure transit contra hæredes. secus autem, si non ipso iure, sed per sententiam, vt l.1. ff. de priua. delict. & C. ne ex delic. defuncti. in l. j. & l. 3. §.4.ff.quod quisque iur.facit l.commissa.& quod ibi not. Dyn.ff. de publica.
5 ¶Quintò no.† quòd ex delicto patris filius punitur.& est magnus rigor iste propter immanitatem criminum, vt l. quisqs. C.ad leg. Iuli. ma. vbi filij nec ad honorem promoueri possunt, tanquam perpetuò infames: nec hæreditatis sunt capaces ex testamento,vel abintestato:sed tantùm eis vita ex misericordia reseruatur in perpetua egestate:vt sit eis mors solatium,& vita supplicium,vt ibi dicit text.† non priuabitur tamen filius beneficio ecclesiastico pp crimen læsæ maiestatis commissum per patrem,vt no.Ioa.56.dist.c.satis peruersum.
6 ¶Sextò no. quòd etiam canones puniunt filios ex delicto pater no.circa quod vide multa exempla.1. q. 4. §. item peccato.
7 ¶Circa hoc esset quærendum.† an isto casu appellatione filiorum contineantur nepotes, & ceteri descendentes. dic vt no. Cy.in dicta l.quisquis.in 4.q.Item an transeat hæc pœna ad filios filiorum.dic vt.j.eo.c.statutis.lib.6.& quod ibi no.& eo.ti.c.vbicunque.facit quod no.Bar.in l.iusta.ff.de ver.sig. & l. j.de accu.¶Opp.glo.de l. Manicheos.& Aut.idem de Nestorianis.C.eo.solu.dicit glo.aliud secundùm leges, vt ibi.aliud secundùm canones, vt hic. decisio tamen cuiusdam quæstionis Federici idem determinat,quod ista Decr.quæ nō debuit remoueri, secundùm Hostien. quia fili hodie puniuntur etiā in bonis,vt hic.& in hac opi.fuit Ioan.qui hoc not.23. q.7.in summa.& probatur in c.cum secundùm legem.j.eo.lib.6.Io. An.dicit.ego credo hanc Decre.præualere legibus in illis terris tantùm,quæ subsunt iurisdictioni temporali domini Papæ.In alijs autem præualent leges,quæ maiori æquitate nituntur.C.de iudi.l.placuit.Hosti.remittit ad summam. eod. titu. §.qua pœna.Sed Aut.Gazaros. eod.tit. concor. huic Decret. & ita tenet Cyn. in dicta l.quisquis. in 6. quæstio.6. vbi etiam plenè tractat. an ista pœna transeat ad filios naturales. tenet quòd sic,si filius talis reputatur certus, quia ex concubinatu. secus si pater reputatur incertus.& vide Barto.in dicta l.1.de accusatio.

SVMMÆ.

1 *Credentes,& defensores hæreticorum puniuntur eadem pœna, qua hæretici.*
1 *Auxilium dicitur quis,& fauorem delinquenti præstare, procurando,& aduocando.*
3 *Notarij facientes instrumenta pro hæreticis sunt suspensi.*
4 *Defensio omnis denegatur hæreticis.*
5 *Hæreticus in deteriori loco est,quàm excommunicatus.*

SI aduersus. Aduocati, vel notarij hæreticis, vel ipsorum fautoribus fauentes: vel sub eis litigantibus patrocinantes: vel pro eis instrumēta scribētes,infames sunt,& ab illo officio suspēsi.primò ponit decisum exordium. secundò prohibitionem. tertiò pœnam. secunda ibi [quia plus.]tertia ibi [quòd si.] ¶Nota primò, quòd plus solet timeri &c. quandoque enim sub generalitate aliqua non veniunt,vt plenè not. in l.sed & si quis,§.quæsitum.ff.si quis cau.& l.filiusfami.ff.de do.per Bar. quandoque verò,licèt veniat, plus timetur, si specialiter exprimantur.vnde dicit l.quæ singulari nota sunt digna:si singulariter non notentur,videntur neglecta,vt l. item apud.§.hoc
1 edictū. ff. de iniur.¶Secundò no.† quòd credentes, & defensores hæreticorum,eadem pœna, qua hæretici, puniuntur.& sic eadem pœna,qua punitur principalis, punitur, qui præstat ei consilium,vel fauorem.dixi.s.dc offi.dele.c.j.¶Tertiò
2 not. † quòd aduocando,& procurando dicitur quis præstare auxilium,& fauorem delinquenti.& no. ad statutum, quo cauetur, quòd qui præstiterit auxilium, vel fauorem delinquenti,vel exbannito,puniatur tali pœna. nam aduocando,& patrocinando dicitur fauere: similiter testificando: & pro eo fideiubendo,vt l.post legatum.§.sunt qui putāt.ff.de his,quæ vt indig.& j.de pœn.c.fin.in cle. in gl.magistro.& c.sicut di-
3 gnum.j. de homici. ¶Quartò not. † quòd prohibet notarijs pro talibus conficere instrumenta. & si contrafaciunt, sunt suspensi:& si ipsa conficiunt, non valent:& si præstiterint patrocinia in causis, videntur sententiæ non valere. Alij contra. dicit Hostien.quòd illud deberet per summum Pontificem declarari.Si autem post suspensionem isti exercerent illud officium:an erunt irregulares.dic quòd nō.j.de sen. excommun. c.is qui.li.6.& de cle.excommu.c.fina. ¶Quartò no. & colli-
4 ge,† quòd istis omnis defensio denegatur.quod quando sit verum,declarat glo.3.super qua dicit Io.An.post Hostiē. quòd quamuis ad defensionem criminum,vel bonorum nō audiātur: si tamen vel de alio crimine accusatur criminaliter, non denegabitur iusta sententia. Nec obst.Aut.de priuil.dot.col. 6.post princi.vbi dicitur,quòd nec beneficijs iuris:nec aliquibus priuilegijs tales possunt se iuuare: quia illud verum quò ad impugnationem,accusationem, vel inquisitionem, vel ad hæresis defensionem.vnde licèt hoc patrocinium vetetur aduocatis, & scriniarijs: non tamen iustitia iudicibus. Non obst. quòd statim est hæreticus puniendus; quia poterit pœnitere: & tunc se defendere super isto crimine accusatus. ista ergo prohibitio habet locum in hæreticis, de quibus constiterit:
5 non in illis,qui clam hæretici iam fuerunt.& intellige, † quòd in deteriori loco est hæreticus, quàm excommunicatus: quia excommunicato omnis exceptio reseruatur,siue sit fauorabilis,vt Velle. siue odiosa,vt Macedo.licèt Vin.dicat, quòd exceptio fauorabilis sibi denegetur: sed malè cantauit, vt hic per Ioan.And.& ad materiam huius c.an per iura posit tolli alicui defensio,quæ est de iure naturali.vide per dominum Bal. in l.cum mulier.ff.solu.matr.& facit l.quoniam Alexandrum. C.de adulte.

SVMMÆ.

1 *Commendabile est conari ad intellectum sacræ paginæ.*
2 *Conuenticula occulta prohibentur: nec in ecclesia, nec extra ecclesiam fieri debent: & prima facie præsumuntur ad malum finem.*
3 *Præsumptio est contra illos,qui clandestinè agunt.*
4 *Membra corporis,quæ dicantur.*
5 *Prædicationis officium nullus debet sibi vendicare propria auctoritate.*
6 *Asserenti se missum à Deo non est credendum.*
7 *Scientia licèt requiratur in sacerdote:tamen si non aderit, non minus debeit honorari propter ordinem.*
8 *Subdito,& inferiori quando est licitum increpare maiorem.*
9 *Prælatus potest se inferiori subijcere.*
10 *Filius regulariter non potest corripere patrem: potest tamen, si dissipat eius bona.*
11 *Ad episcopum de iure spectat institutio,& destitutio clericorum.*

CVm ex iniuncto. Laici occulta conuenticula nō faciāt:nec pdicent:nec sacerdotes reprehendāt. & primò ponit triplicē laicorum reprehensionē, q̄ scdò psequtur.primò primā ibi[Deus.] scdò scdā,ibi [sicut.n.] tertiò tertiā ibi[licèt aūt.]¶No.primò,† quòd cōmēdabile est conari ad

ad intellectũ sacræ paginæ.de magi.c.super Specula.¶Secun
2 dò no.†ꝙ occulta cõuenticula prohibentur,quæ in ecclesia,
vel extra fieri non debent.C.de epis.& cle.l. conuenticula. &
de summa Tri.l.2.& est capitalis pœna cõtra tales.C.de his q
ad ec.confu.l.denunciamus.& non solũ occultè, sed nec pu
blicè licet disputare de fide.C.de summa Tri.l.3.§.j.oĩa.n.cõ
uenticula præsumũtur fieri prima facie ad malum finẽ: ideò
edictũ est permissorium,vt patet.ff.de colle.illi. per totum.
3 ¶ Tertiò no.†ꝙ præsumitur cõtra illos,qui clãdestinè agũt,
quia qui malè agit,odit lucẽ.s.de offi.dele.c. consuluit. vnde
tutor potest palam,non clam emere rem pupilli,vt l.cum ip-
4 se.de contrah.emp.& l.fi.de ritu nup.¶ Quartò no.† quæ di-
cuntur membra corporis:quia illa,quæ habent diuersa offi-
cia.vtrùm ergo digitus sit membrum,vel lingua.dic,vt l,2.ff.
de pub.iudi.per Bar,& est vtile cognoscere,qd̃ sit membrum
propter iura,& statuta,quæ puniunt acrius, qui mutilant mẽ
bra.facit l.non sunt liberi.ff.de sta.ho.¶Quintò no.Io.An.di
cit tex.[prædicare super tecta.] quia magister docere debet
5 in alto.ad idem.3.q.7.§.de his.ver.his ita.¶Sextò no.†ꝙ di-
a gnum est officium prædicationis:a quod sibi nullus potest
auctoritate propria vendicare, nisi fuerit assumptus, sicut &
in alijs officijs,vt s̃.de elec.c.qualiter. facit l. si quemquã. C.
de epis.& cle.& c.in scripturis.8.q.1.¶Septimò no.ꝙ in mes
sem Domini mittendi sunt operarij ab eodem; quasi non ab
alio,vel non sine eius licentia.hic tamen vide,quod no. in l.si
6 tigrum.ff.de rei ven.¶Octauò no.in ver.ꝙ si fortè.†ꝙ quan
doque quis mittitur à Deo:sed nulli de se sic asserenti est cre
dendum:quia nec etiam asserenti se à Domino aliquo destì
natum creditur:nisi probet,vt no.in c.cum in iure.de offi.de-
leg.missio autem Dei probatur per miracula.vnde Hyero.su
per Esa.lib.18. nõ potuissent omnes gentes in tam breui tẽ
pore credere:nisi signorum miraculis fides eorum quodam-
modo fuisset extorta:clamantibus.n.apostolis, & apostolicis
viris Dominus signorum magnitudine respõdebat.¶Nonò
7 no. in ver. licèt aũt.† ꝙ licet scientia requiratur in sacerdo
te:tamen si non aderit,non minus debebit honorari propter
ordinem:ordinum ergo ratione debet etiam ignorantib. re-
uerentia exhiberi.ratione enim ordinis, & officij, dicuntur
8 habere excellentiam, & Dijs cõparari.¶Decimò no.†quan
do est licitu subdito, & inferiori increpare maiorẽ.s.in secre
9 to:& quando se ipsi subijcit.† põt ergo prælatus se inferiori
subijcere,vt fecit Christus,dicens [quis ex vobis.] &c.nõ po
test enim tunc dici detractio,vel iniuria,quæ volenti infertur
ĵ.de reg.iur.c.volenti.lib. 6. ista tamen suppositio non posset
fieri à clerico quò ad violentiam inferendã corpori:quin in-
ferens sit excommunicatus.quod dic,vt ĵ.de sen.exc.c. con-
tingit.& de iureiur. c. exceptio, sed nec quò ad iurisdictionẽ
hoc licet sine superioris licentia.de for.compe.c. significasti,
quò ad Papam potest intelligi etiam de iudiciali, per iura al-
10 legata in glo.¶Vndecimò no.† ꝙ filius non potest corripe-
re patrem.de quo in glo. ad hanc correctionem, &c. In iure
tamen videtur,ꝙ filius possit reprehendere patrem,vt l.3.§.
subtili.ff.de cond.ob causam. Item & quando pater dissipat
bona filij,in quibus habet vsumfructum,& administrationẽ,
potest filius super hoc implorare iudicis officium contra pa-
trẽ,arg.l.Imperator.ad Treb.& similiter subditus contra præ
11 latum.vt s̃.de accu.c.fi.& c.licèt.eo.ti.¶ Duodecimò no.† ꝙ
ad epm de iure spectat institutio,& destitutio clericorum:ita
ꝙ de iure cõi ille,ad quem spectat vnũ, spectat & reliquũ. ex
speciali tñ cõmissione posset alterũ comperere sine altero: &
idem in præscriptione.qui enim præscripsit institutionẽ, non
intelligitur præscripsisse destitutionẽ,vel renunciationis rece
ptionẽ:aliàs diceretur præscriptũ, qd̃ non fuit possessum,cõ
tra.reg.sine possessione,cum concor.de reg.iur.lib.6.& ff.de
vsucap.l.pe.§.fi.facit quod no.Bar.in l,1.§. 1. ff. de iti.actuq;
priua.Non ob.connexio,per ea,quæ not.eo.tit.c.odia.lib.6.
de visitatione quò ad procurationem, & de noualibus quò

ad decimas.ad idem quod no.de ma. & obe. c. cum inferior
in prima glo.cum sua remissione.& quod not.de procura. &
C.de an.ex.l.fi.in prima glo.

ADDITIO.

a ¶ Officium prædicationis.An saluti animarũ expediat, vt ẽt alijs,quàm sacerdotibus parochialibus committatur auctoritas prædicandi,& exercendi alia,quæ ad salutem animæ pertinent: vide Ioan. de Turrẹ cremata,in §. quod autem.16.q.1.

SVMMAE.

1 *Hæretici ipso iure sunt excommunicati, & nu.2.*
3 *Hæreticus licet sit ipso iure damnatus: tamen istam sententiam iuris non potest exequi iudex secularis: nisi per iudicem ecclesiasticum fuerit lata sententia declaratoria.*
4 *Pœna imposita propter crimen hæresis, ad cuius commodum cedat.*

EXcõicamus. Dicit Io. And. summã breuem nõ recipit: &
summabitur per partes.& in hac prima ponitur ex-
1 cõicatio,& damnatio hæreticorũ.¶No.primò,† ꝙ hæretici
ipso iure sunt excõicati.multos aũt casus,in quibus quis per
constitutiones,& iura excommunicatus est,vide in cle.j.ĵ.de
sen.exc.¶Secundò no.ꝙ dicit [oẽm hæresim.] comprehen
dit.n.hereticos in quacunq; spẽ hæresis. de quibus dic, vt s̃.
c.3.¶Tertiò no.de noĩe nõ curãdũ: sed rem debet cognosce
re per effectũ,vt c.auaritiæ.de elec.lib.6.& c.intelligentia. de
2 ver.sig.¶Quartò no.in ver.damnati. ꝙ † quandoq; quis ex
delicto damnatus ĩtelligitur ipso iure: & maioris est effectus
ista damnatio,q̃ si ab homine dãnaretur,vt dixi.s̃.de fo.cõp.
c.si diligenti.¶Quintò not.ꝙ quandoque vnus condemnat:
alius exequitur. de hæresi enim condemnat iudex sæcularis:
quia est crimen ecclesiasticum,sicut & alia:de quib.s̃. de fo.
3 comp.c.cum sit.& c.conquestus.† Et aduerte,quia licèt hære
ticus sit ipso iure damnatus: tamen istam sententiam iuris
non põt exequi iudex sæcularis: nisi per iudicem ecclesiasti-
cum fuerit lata sñia declaratoria,vt est casus no,in c,cum sñ
4 leges.ĵ.e.li.6.¶Sextò no.† ad cuius cõmodũ cedit pœna im
posita propter crimen hæresis; videretur enim dicendum, ꝙ
licèt laicus condemnetur de hæresi:tamen pœna deberet ce-
dere lucro fisci Ecclesiastici,qui condemnat:& de cuius foro
efficitur:sicut si aliam sibi pœnam imponeret,ratione delicti
ecclesiastici:sed,vt hic patet,bona debent applicari iudici sæ
culari,si laicus condemnatur.ad idem.ĵ.de hæreti.c. cum se-
cundùm leges.facit ad materiam quod no. Bar. in l.cunctos
populos.C. de sum. Tri,bona aũt clericorum hæreticorũ,cui
debeant applicari.hic vr̃, ex quò vr̃, ꝙ bona patrimonialia
clerici,si clericus condemnatur de aliquo delicto,ex quo bo
norum sit publicatio facienda, applicabuntur iudici ecclesia
stico,non iudici laico.quod no.

SVMMAE.

1 *Suspectus de hæresi debet se purgare, Et si non purgat: quæ sit eius pœna.num.3.*
3 *Suspicio aliqua est vehemens: aliqua lenis.*
4 *Lapsus anni facit quem haberi contumacem pro condemnato in crimine hæresis.*
5 *Præsumptio violenta sufficit ad condemnationem.*

§ Qui autem. Supra dixi de pena illorum,
qui plenè de hæresi sunt con
1 uicti:nunc verò de illis,qui de hæresi sunt suspecti.¶No.pri-
mò, † ꝙ ille,qui de hæresi est suspectus, debet se purgare:
similiter in alijs criminibus.s̃.de accu. cap. cum oporteat. c,
licèt.& cap.veniens.& c.accedens. & istam purgationem re-
perio in iure canonico multum sæpe: sed de iure ciuili
in

in certis casibus,vt l.vbi.C.de fal.nec recolo,vbi propter in-
famiam,quæ remanet,debeat se purgare.¶Secundò no.† ꝙ
in suspicione est habenda consideratio: quia aliqua fortè ve-
hemens,& aliqua leuis.facit quod no.Bar.in l.admonendi.in
prin.de iureiur.& l.in l. Aquil.ff.ad leg.Aquil. ¶ Tertiò not.
8 † pẹnam illius,qui se non purgat.& aduerte,quia tex.iste in-
nuit,ꝙ ille,qui non monstrauit innocentiam suam,excõmu-
nicatur:& expectetur,vt in tex.Io.An.dicit,ꝙ iste tex. non lo
quitur in eo,qui deficit in purgãdo se:sed loquitur in eo, qui
per contumaciam negligit se purgare:quo casu punietur, vt
hic dicitur.nam si deficit in præstãda purgatione, punietur,
vt conuictus,sine aliquo temperamento.& sic potest intelli-
gi.s̃.eo.c.ad abolendam.§.qui aũt.& de hoc.ĵ. de purga. ca-
no.c.inter.& tunc non esset locus excommunicationi, & pu-
4 nitioni,vt dicit tex.& ex quo collige,†ꝙ lapsus anni facit quẽ
haberi cõtumacem pro condemnato in crimine hæresis. se-
cus in alijs,in quibus absens omni tpe super crimine auditur:
sed super recuperatione bonorum annotatorum auditur tan
tummodo intra annum,vt ff.de req.re.l. fi. lapsus ergo anni,
quid operetur in causa criminali,vidistis in ciuili.dic,vt s̃.lit.
5 non conte.c.qm̃ frequenter.Collige etiam,†ꝙ violenta præ-
sumptio sufficit ad cõdẽnationẽ. facit c. afferte. de prẹsump.
& quod not.Bar.in l.maritus.ff.de quæstio. ¶ Quartò not.in
fi.§.ibi [ex tunc velut hæretici condemnentur.] &c. ꝙ post
annum sit necessaria sententia.& sic antequam feratur, pote
rit se purgare:sicut si sit legata optio infra tempus,post illud
eligere possum, antequam mancipia distrahantur. ff. de op.
leg.l.mancipiorum.ad hoc.ĵ.de prẹb.c.si tibi absenti. lib. 6.
Host.dicit,ꝙ per Auth.Gazaros.C.eo.nõ videtur, ꝙ sit neces-
se tales condemnari:cum ibi dicatur [ita ꝙ si sic per annum
permanserint,eos tunc sicut hæreticos condemnamus.]ergo
sine aliqua sententia videtur illos esse damnatos.Non obst.si
dicas,ꝙ crimen hæresis est de foro Ecclesiæ:quia dicta con-
stitutio fuit non solùm per Ecclesiam procurata,sed etiã ap-
probata.& probatur.ĵ.eo.c.inquisitionis.in prin.lib. 6.ponit
hic quæstionem Host.de eo,quod habetur.ĵ.eo. c. cum con-
tumacia.lib.6.

SVMMAE.

1 *Christianus qui desiderat nominari, debet fidem Catholicam pro viribus ab hæreticis defendere.*
2 *Hæreticus non debet vitari, antequam publicetur per Ecclesiam: nisi esset manifestè hæreticus.*
3 *Communitas an possit sibi eligere perpetuum rectorem.*
4 *Pœna quando imponitur negatiuè: oportet, præcedat monitio ad hoc, vt quis eam incurrat.*
5 *Sustinens sententiam excommunicationis, maximam pœnam patitur.*
6 *Res, & bona aliquorum quandoque conceduntur Catholicis occupanda.*
7 *Bona alicuius quando licitè occupantur, debent inuadi, saluo iure domini principalis.*
8 *Indulgentia crucesignatorum contra hæreticos quæ sit.*

§. Moueatur. Ponit formam iuramenti do
minorum temporalium con
tra hæreticos:quod iuramentũ hodie non præstatur propter
negligentiam episcoporum:quĩ timere debent ob hoc,quod
no.de trouga.c.j.Vel potest intelligi sñ Host.ꝙ iste tex. loqui
tur in prouincijs,vel terris infamatis de cohabitatione hære-
1 ticorum.ad hoc.ĵ.eo.§.adijcimus.¶Secundò no.†ꝙ qui no-
minari desiderat Christianus, debet fidem Catholicam pro
viribus ab hæreticis defendere:vt sic nomina sint conuenien
tia rebus.vt Insti.de dona.§.est & aliud. sicut enim quis tene
tur ad defensionem proximi, si iniustè opprimitur. vt c. di-
lecto.de sen.exc.lib.6.& c.quãtæ.de sen.exc. ita & multò ma
gis ad defensionẽ fidei:quia primũ præceptũ erga Deũ, vt l.
veluti.de iust.& iure.& l.j.eo.tit.vbi ius publicũ est,qd̃ In sa-
cris,& sacerdotib.cõsistit.Irascitur.n.Deus, si cõtra ipsum il
lata cõtumelia per cultorẽ fidei toleratur, vt c. & si qõnes. s̃.
de iudi.non mirũ ergo si dño non expellenti hæreticos impo
nitur ita grauis pœna:quia non minus delictum est isto casu
tolerare,quã agere.vt no.in simili.s̃.de offi.deleg.c. j. ¶Ter-
tiò not. ꝙ illos debet exterminare, qui fuerint ab Ecclesia
2 denotati.†sicut ergo antequam aliquis per Ecclesiã publice-
tur hæreticus,non debet vitari.qd̃ verũ, nisi fortè esset hære-
ticus manifestè:quia tũc notoriũ idem, qd̃ sñia,operatur, vt
l.emptorem.ff.de ac.emp.in fi.¶Quartò no. ꝙ qñq; quis as-
sumitur in potestatem perpetuam. qñq; in potestatem tem-
3 poralẽ.† & sic põt aliqua communitas sibi eligere perpetuũ
rectorem.qd̃ an sit verũ:dic,vt in c.fi.s̃.de iud.& qui tenẽt, ꝙ
non possit: dicunt, ꝙ iste tex. loquitur de baronijs: comita
tibus,& principatibus,in quibus succedunt filij,vt s̃.de voto.
c.licèt.sm̃ Host.¶Quintò no.in ver. si verò. ꝙ post monitio-
4 nem, & requisitionẽ Ecclesiæ tenetur quis ad pœnam. † ad
hoc ergo,vt aliquis incurrat pœnam, requiritur monitio. qd̃
est verũ,qm̃ pẹna imponitur negatiuè:qa non facta latent:sed facta patent,vt dicit Inn.s̃.de præbẽ.c.
extirpandæ.& no.grauẽ pœnã,quæ imponitur negligenti. re
gulariter tñ maius est delictũ, quod cõmittitur faciendo, q̃
quod cõmittitur negligendo.facit l.si seruũ.ff.de ver.ob. & l.
5 si mora.ff.sol.ma.¶Sextò no.† ꝙ ille, qui sustinet sñiam ex-
communicationis, maximã pœnam patitur.& hoc, cum est
excommunicatus ex causa, de qua in text.an aũt si ex alia cã
a quis excõicatus, stiaret per annum,patiatur istam pœnam,
nõ tangunt hic Doc.sed in clerico suspẽso.vt s̃.de æta.& qua.
c.cũ bonẹ. ¶Septimò no.ꝙ pœna grauissima, de qua in isto
ver.si verò. nõ est infligenda per alium, q̃ per Papam,contra
istos contẽptores.sim.de iure ciuili in l.j.ff.de le.3.Ista.n.gra
uia rõne pẹsonæ, ver rei, de quibus agitur, in Cõcilio sunt tra
ctanda.in Auth.de san.epis.§.vt oĩs.col.9.Nõ ob.c. ad abolẽ
dam.s̃.eo.vbi dicitur solum epm hoc posse.Illud.n. est verũ:
vbi propter scandalum,vel grauitatem negotij oporteat cæ-
teros episcopos conuocari:aliàs solus episcopus excommu-
nicat:& vicini illum euitant ad eius requisitionem: quia non
potest esse quis excõicatus ĩ vna ecclesia:quin sit excõicatus
in alijs.4.q.5.c.j.vbi de hoc. & 18. dist. c. placuit.quod facit
6 ẽt in cõtra. ¶Octauò no.†ꝙ res, & bona aliquorum quan-
doque conceduntur Catholicis occupanda. facit 23. q. 1.c.
vl.§.his ita.& c.seq.& q.5.§.ipsis autem.& c.fi.tales.n. etiam
sint necandi.& ciuitates cremandæ.ea.q.5.c.si vos.& c.si au-
diens.& in Auth.vt diffe.iudi.§.penul. & vlt. vtrùm verò epi-
scopns post annum posset denunciare subditos absolutos, &
exponere terram occupandam.dicit Host. ꝙ diœcesanus bo
na subditi excõicati,& rebellis,]& per annum expectari pos-
set exponere.de homici.c.pro humani.§.sicq;.cũ si.& probat
rõne.certũ est.n. ꝙ põt de pẹsona clerici incorrigibilis dispo-
nere, nõ solum in hoc crimine,sed in alijs,vt patet de iudi.c.
cum nõ ab homine.& de ver.sig.c. nouimus.si potest de per-
sona clerici,fortius de persona laici.ar.12.q.1.c.p̃cipimus.ge
neraliter.n.in res,& in personas inuocat brachium sęculare.
de homici.c.postulasti.de cle.exc.mi.c.2.¶Nonò no. in ver.
7 saluo iure.†ꝙ qñ bona alicuius licitè occupantur,debent in-
uadi,saluo iure dñi principalis.& sic si vasallus delinquat,seu
dũ publicatur, saluo iure dñi non delinquentis. ad hoc vide
qd̃ no.plenè Bar.in l.si finita.§. si de vectigalibus.ff. de dam.
infec.& l.j.C.de bo.liber.per Cyn.quandoque autem feuda-
tarius,vel alius habens vtile dominium,ingreditur religionẽ:
an ius illud transeat in monasterium.vide per Inno.in c.præ-
sentia.s̃.de proba.quãdo verò quis habet antiquũ feudũ: an
propter delictum,de quo in tex.vel aliud,publicetur,vel tran
sear ad sequentem in gradu.dic, vt l. prima. ff. de bon. dam.
per Barto. Tractat circa hoc Ioan.And.de quæstis in bello,
an fiant occupantiũ. & si recuperentur, an ad priorem dũm

reuertantur.dic,q̃ si illa immobilia ille,q̃ deliquit, ab aliquo retinebat:sunt ipsius,sicut prius,vt hic.& de capti.l. ab hostibus.vel dic,q̃ ille,ex cuius parte est iustum bellum, omnia, quæ occupat,facit sua: quæ tñ ab alio in feudũ nõ tenẽtur. ff. de capti.l.5.§.in pace.& de acq.re.do.l.naturalẽ.§.fi.23.q.5. c.dicat. sed & feudalia occupari possunt, saluo iure domini innocentis,vt hic.vbi verò infideles, vel Christiani iniustè pugnantes bona mobilia iustè pugnantium occupant,& postea recuperantur,ad antiquum dominum reuertuntur, vt d. l. si captiuus.& de hoc plenè.s̃.de iureiur.c.sicut. 2. & de homic.
8 c.pro humani.§.diffidatis.¶Decimò no.† indulgentiam cruce signatorum contra hæreticos.& quod hic no.Vin.de prælato cruce signato, qui obligauit fructus ad triennium, vide ne præla.vi.suas.c.vl.¶Gl.2.no.etiam an iste recipiat manualia:& an debeat tenere vicarium.vide in Spec.e.ti. §. in fauorem.vsque ad fi.& vide,quod no.Io. And. in c.ad liberandã. s̃.eo.in parte decisa.quia ibi ponit.dicit enim,q̃ consuetudine ab inquisitoribus introducta etiam tempore pacis ecclesiæ:& quando non constat hæreticorum perfidia, vel potentia, vel castellatio, datur contra hæreticos signum crucis : & sic cruciati priuilegio,de quo hic loquitur,nolunt vti &c.

A D D I T I O.

a ¶Excommunicatus.Excommunicatio an sit maior pœna,quàm sit in Ecclesia.vide Io.de Turre cremata,in c.corripiantur.24.q.2.

S V M M Æ.

1 *Receptatores,& fautores hæreticorum sunt ipso iure excommunicati:credentes verò sunt omnino damnati. Et hoc vsque ad satisfactionem condignam.nu.2.*

Et tales sunt infames,& intestabiles:nec possunt ex testamento capere:nec iudicare:nec instrumenta conficere.nu.3.

Et etiam coguntur in iudicijs respondere,sed alij ipsis non.n.4.

5 *Communicantes receptatoribus, fautoribus, & credentibus hæreticorum, postquàm per Ecclesiam sunt denunciati, quas pœnas incurrant.*

§.Credentes.

Pœna credentium receptatorum,& fautorũ.¶No.primò,
1 † q̃ excõicati sunt ipso iure receptatores,& fautores:credentes verò omnino sunt dãnati.j̃.eo.c.pe.in fi.& ibi per Io.An. non est ergo licitum receptare hæreticos : sicut nec de iure quasdam alias personas.de quibus.ff.de recep.& l.quicunq;.
2 de seruis fugi.¶Secundò no.† q̃ isti sunt excommunicati vsque ad satisfactionem condignam:& cõsistit ista satisfactio, q̃ abiuret heresim, q̃ purget se, si tantùm est suspectus : & si ex illa causa notoria excommunicatus sit, restituere debet percepta,& quæ percipi poterunt,vt c.grauis.de resti.spo. & si peruenerint aliqua,ex aliqua fortè occupatione.de iureiu. c.sicut.vel ex officio vsurpato damnato,vel sibi interdicto.s̃. eo. c. cum sit.Idem ergo in his, quæ ratione participationis ad eũ peruenerũt,arg.dictorum iurium,& s̃.c. ad abolendã. §.j.tenetur etiam satisfacere de accessorijs, & sequens. sicut de ipsa offensa.ad hoc.j̃.de ver.signi.c.ex parte.j.& de hoc in
3 reg.accessorium.¶Tertiò no.† q̃ isti sunt infames, & intestabiles:nec possunt ex testamento capere,nec iudicare, vel instrumenta conficere. & aduerte quia istas pœnas incurrunt, postquàm fuerunt per sententiam vocati,vt dicit iste text. q̃ valeant per eos prius gesta,postquàm in officio tolerantur,
4 vt no.plenè Inn.in c.fraternitatis.s̃.eo.¶Quartò no.† q̃ alijs non coguntur in iudicijs respondere : sed ipsis alij bene coguntur:& sunt in hoc pares excommunicatis.s̃.de iudi.c.intelleximus.& imponit ecclesia laicis istas pœnas,ratione delicti. quod potest, vt s̃. de fo. cõp.c.cum sit gñale.¶Quintò no.in ver.si qui aũt.de pœna illorũ,qui eis cõicant: vel ab eis
5 eleemosinas recipiunt,& similia.& no. † quòd communicantes eis incurrunt istas pœnas, postquam fuerunt per Ecclesiam nunciati.& sic communicare excommunicato post nũciationem,est mortale:sed non ante.de hoc.s̃. quod me. cau c.sacris.& de cle.exc.mi.c.fi.

S V M M Æ.

1 *Prædicationis officium nullus debet sibi vsurpare : nisi sit missus.*

2 *Missi ad prædicandum qui intelligantur.*

3 *Episcopus semper,& vbique ad prædicandum admittitur: nisi prohibeatur ab illo,cuius diœcesim intrat.*

4 *Prædicator,si sit persona notabilis,puta magister in theologia,& notus in ciuitate:quilibet curatus,siue rector poterit eum recipere in ecclesia sua ad prædicandum.*

§. Quia verò.

Prohibitio p̃dicationis absq; superioris auctoritate.¶No.
1 primò,† q̃ nullus,nisi sit missus, debet sibi prædicationis of
2 ficium vsurpare.† qui autem intelligantur missi.dic,q̃ episcopi,qui habent auctoritatẽm à dño ad prædicandum per vniuersum orbem omni creaturæ.Mat.vlt.21.di.c.in nouo.& de talibus sacerdotib.i. episcopis põt intelligi.16. q. j.c. statuimus.& hoc nisi prohibturea ab eo,cuius est diœce.6. q. 3. c. scriptum.vel illud intelligitur de falce iurisdictionis,nõ prædicationis:cum. n. missio episcopi (vt dictum est) probetur auctoritate diuina,non debet prohiberi:sed vbique recipi.ad hoc.s̃.c.proxi.ver.Ioannes.dum tamẽ caueat ab errore.aliàs cõtra.de pur.ca.c.inter.40.di.c.si Papa. maximè quia verbũ
3 Domini nõ est alligatum.2.ad Timo.2.& dicit Host.† q̃ episcopus semper,& vbique ad prædicandũ admittitur:nisi prohibeatur ab illo,cuius diœce.intrat. non tamen dabit indulgentiam,nisi de substantiali licentia Papæ:vel illius, in cuius diœce.indulgentiam vult concedere. prædicare ergo põt episcopus in aliena diœcesi, episcopo illius diœce. ignorante, vel sciente , & non contradicente : sed non eo inuito, secundùm Host.de alijs ergo loquitur isto tex.facit ad materiam. supra.de au.& vsu pa. c.ex tuarum. de prædicatoribus, & minoribus dic,vt in c.super cathedram.de sepul.& no.q̃ episcopi debent dare istam licentiam;non ergo abbates,sm̃ Inn.ar.
4 de excess.præla.c.accedentib.dicit tamen Io.An.† q̃ si prædicator sit persona notabilis (puta magister in theologia, & notus in ciuitate) quilibet curatus, siue rector poterit ipsum recipere in ecclesia sua ad prædicandum : quod intellige casualiter,& in transitu ad celebrandũ:potestatem etiam quilibet in ecclesia sua etiã dare potest. rationem diuersitatis hic vide per eum.

De scismaticis,& ordinatis ab eis.

S A M M Æ.

1 *Scismatici,excommunicati, & criminosi largo sumpto vocabulo dicuntur hæretici:strictè qui dicantur.Dicuntur etiam, q̃ coniurant contra prælatum.nu.3*

2 *Scismaticus,an dicatur ille, qui insurgit non contra vniuersalem Ecclesiam:sed contrae episcopum suum, vt episcopatum illum sibi teneat:& suos sacerdotes faciat.*

QVIA scisma inducit hæresim:pro eo, quòd omne scisma intendit sibi constituere ecclesiam,& vniuersalem Ecclesiam impugnare, quæ vna est . 24. q. 1. c. loquitur . vn peccat in articulum fidei [& vnam sanctam Ecclesiam Catholicã.] ideò ponitur rubrica de scismaticis. de materia habetur. j. quæst. 7. c. quoties.

7.q.1.c.factus.& duobus se.& c.denique.1.q.1.c.ordinat. repetitur in 6.& tãgitur in hoc volumine ĩ varijs locis.s̃.de ele. c.quia diligentia.& c.licèt.de præscrip.c.1.& c.cum nobis. de
1 hereti.c.3.†Et aduertẽdum,quia largo sumpto vocabulo,scismatici excommunicati,& criminosi dicuntur hæretici.24. q. 3.c.apostolicæ.tamen strictè dicuntur scismatici,qui diuisi ab vnitate Ecclesiæ congregant sibi episcopos, presbyteros, &
2 constitutiones faciunt.7.qõ.1.c.Nouatianus.¶†Quero quid de illo,qui insurgit non contra vniuersalem Ecclesiam (quia ipsam bene recognoscit)sed insurgit cõtra episcopum suum, vt epatũ illum sibi teneat,& suos sacerdotes faciat.7.q.j.c. scire.dicit Inn.q̃ isti non dicuntur scismatici quò ad pœnam scismaticis infligendã,vt ipse no.j̃.c.proxi. quod est verum, sm̃ Hosti.quando recognoscit Ecclesiam Romanam.non.n. tuno dici potest ab vnitate diuisus.& idem in eo, qui nullum caput recognoscit:non tñ episcopatum tenet:nec episcopalia exercet.talis.n.accephalus,reus,& improbus dicitur,sed non scis-
3 maticus.12.di.c.nulla.14.q.2.c.abbatibus.† dicũtur etiã scismatici,qui coniurant contra prælatum:isti tamen deponendi. facit quod no.Io.de iudi.c.exhibita.

S V M M Æ.

1 *Gesta per scismaticos etiam si gerantur prætextu publici officij carent viribus.*

2 *Ordinationes factæ à scismaticis sunt irritæ.*

3 *Reuocatio si facta fuerit ab aliquo,quia tenebat à scismatico:an ille talis habebit recursum contra scismaticum.*

4 *Scismatici non sunt excommunicati ipso iure:sed excommunicandi.*

5 *Criminosi,irregulares,excommunicati, & similes an conferant characterem,& executionem ordinum.*

6 *Ordo est sacrum signaculum,quo confertur spiritualis potestas:& officium faciendi ea,quæ pertinent ad illum ordinem.*

7 *Prælatus meus est homicida,vel excommunicatus:& nullus scit, nisi ego:an recusabo à tali ordines suscipere.*

QVod à prædecessore. Irritẽ sũt ordinationes:beneficiorum collationes: ecclesiasticarum rerum alienationes factæ à scismaticis. & ab ordine, & dignitate suspenditur,qui iurat scisma tenere.secũda ibi [adijcientes.]tertia ibi [alienationes.]quarta ibi[illos verò.] No.
1 primò,† q̃ carent viribus,quæ geruntur per scismaticos, etiã si gerantur prętextu publici officij.quod ergo dicitur in l.Barbarius.de offi.præsi.& c.consultationibus. de iure pa. habet locum in eo,qui dignitatẽ possidet bona fide : secus si est intrusus,vt scismaticus: quia tunc sibi non est respondendũ de iuribus dignitatis.quod dic,vt no.Inn.s̃.de resti.spo.c.in literis.& idem dicas,si aliqua ciuitas occupatur à tyranno: videtur.n.q̃ teneant quæ gesta sunt per eum.de quo Bar. fecit pulchrum tractatũ de tyrãnide.& D.Bal. ponit in l.decernimus. C.de sacrosan.eccle.& loquuntur illa iura de gestis specialiter.gesta autem spiritualiter,vt sunt sacramenta, an habeant effectum quò ad characterem,vel executionem.hic plenè per
2 Inno.& j̃.dicam.¶Secundò not.† q̃ tex. irritat ordinationes factas ab eis.quid ergo de ordinationibus factis ab illis, qui à dictis scismaticis ordines receperunt.vide.ur,q̃ idem, cum eadem sit ratio,s.defectus executionis,quam dare nõ potest, qui non habet.1.q.7.c.Daybertum.pro hoc facit.j.q.j.c.vulnerato.& c.fertur.ibi[ex infecta radice fructus non producitur.]ad idem de mino.l.in causæ.§.j.& §. fi.& l.seq. vbi si per plures manus ambulauerit,idem iuris erit,vt l. vitia à maiori-
3 bus contracta.de præscrip. lon.tempo. ¶Tertiò not.† de reuocatione rei alienatæ per eum, qui non habuit potestatem: vtrùm autem iste,à quo fit reuocatio, habeat recursum contra istum scismaticum,qui sibi alienauit.dic, quòd sic : sicut contra falsum tutorem.ff.quod fal.tu.auct.l,falsus.§.doli.ecclesia verò non tenetur sibi restituere pretium,quod scismaticus ille recepit:sed vbi ab illo non posset emptor recuperare:an possit vti retentione contra ecclesiam agentem . dic vt not.s̃.de re.ec.nõ alie.c.fi.¶Quartò no.in ver.si quis autem
4 vbi innuitur, †quòd scismatici non sint excommunicati ipso iure:sed excommunicandi.ad hoc.23. di. c.in nomine domini.Hostien.dicit illos scismaticos tantùm, qui se extollunt ad uersus Romanam Ecclesiam,vt sunt Græci.& sunt excommunicati ipso iure cum adhærentibus.Alij verò sunt excommunicandi.& dicit addendum ad summam.eod. tit. vbi remittit. ¶Vltimò super isto.c.Inno.ponit longam gl. quam dicit Ho. incertam,& confusam:quam omisisset, nisi ad quorundam instantiam importunam . Versatur autem intentio Inno. circa scismaticos.& primò an criminosi irregulares, & præcisi ab Ecclesia conferãt characterem,& executionem ordinum collatorum.secundò an illi,qui recipiunt ab eis ordines, vel beneficia possint in ipsis licitè remanere.tertiò an subditi à talibus criminosis,& præcisis possint licitè recusare : ne ab eis re
5 cipiant ordines,& ab eorum possint obedientia se subtrahere.¶Primò ergo quæro : † an criminosi irregulares excommunicati,& si.conferant characterem, & exccutionem ordinum.dicit Inno.q̃ nullum peccatum, quantuncunque graue, & enorme sit ĩ ordinatore,vel ordinato,impedire potest, quominus ordinatus characterem recipiat,& executionem in habitu,licèt non in actu:quia ligata est executio in aliquibus,vt patet in homicida,qui si ordinet,vel ordinetur, executionem non habet:quia per constitutionem ecclesiæ irregularis censetur.vnde nunquam sine peccato potest celebrare:nisi secum per Papam dispensetur,vt paret.s̃.de tẽp.or.c.fi.Alij verò criminosi: vt adulteri:fures:periuri:& huiusmodi (licèt quandiu sunt in peccato,celebrare non debeant.s̃.de coha.cle. & mulie.c.fi.)tamen quantuncunque egerint pœnitentiam , sine alia reconciliatione licet eis suum ordinem exequi,salua distinctione.de tempo.or.c.ex tenore.& idem videtur de irregularitate ordinatoris,vel ordinati,quæ non impedit executionem: quin conferatur habitu,& exercitio,siue actu:puta quia defectum patitur in natalibus.ar.56.di.c.apostolica.& idem est dicendum de infamia:nam & simoniaci etiam in beneficio sunt infames.C.de epi.& cle.l.si quemquam.§. fi. & tamen executionem conferunt.de simo.c.per tuas.& idem de excommunicatis occultis, & omnibus alijs supradictis. s. q̃ executionẽ conferunt, quandiu ab Ecclesia tolerãtur,ar.j.q.j.c.Christus. 6.q.5.c.2.& etiam tales recipiunt cxecutionem.scilicet ligatã vt dictum est de homicida. Non obst. 9. q. 1. c. 1. & 3. & de ordi.ab epi.c.1.quia ibi loquitur de illo,qui non toleratur ab Ecclesia:sed est ei per sententiã executio interdicta: vnde nec eam alii dare potest.& hoc verum, quando episcopus renunciauit loco,& ordini,vt ibi.secus si renunciat loco:sed non ordini;quia talis retinet executionem : ideò de mãdato alterius potest ordines celebrare,vt.s̃.de ordi.ab epis.c.j. remotus ab Ecclesia non ab ordine confert executionem, ordines conferendo:& tamen de intrusis dicit,quòd licèt sint ineligibiles,& suspendendi:non tamen sunt suspensi ipso iure:& ideò executionem transferunt.quod dic vt.s̃.de tempo.or.c.quò ad trãslationem.Alij indistinctè tenent, q̃ nominatim excommunicatus, vel damnatus hæreticus, vel depositus, dummodo ab eo ordinatus hoc ignoret : confert non solum ordinem, sed executionem . & hoc innuitur.1.quæstio. 1. cap. ordinationes. & probatur ; quia ordinator nihil confert in ordinatione : sed solus Deus. 32.distinctio.cap. verum, & quia cor interrogat, & non manum. 14. quæstio. 5.c.si quod inuenisti.
6 †ordo enim est sacrum signaculum,quo confertur spiritualis potestas, & officium faciendi ea,quæ pertinent ad illum ordinem . hoc etiam apparet: quia secundùm omnes, hæreticus,excommunicatus,vel depositus,quantuncunq; notorius, sicõficiat corpos Christi,cõfectũ erit.de cle.exc.mi.c.2.in prima gloss. & si ordinauerit,ordinatus est. Item cum in ordinationẽ (vt dictum est) solus Deus operatur:nec super chara

ctero, vel gratia Dei conferendis versatur potestas Papæ: sed Christi. ergo contra ignoranter recipientes nõ videtur, ꝙ Papa possit statuere. Item si diceremus, ꝙ nullus suspensus ab homine, vel à iure haberet ordinis executionem: nec eã posset alijs dare, intolerabilis absurditas sequeretur: tot enim sũt vinculæ, ꝙ vix aut nunquam haberet aliquis ordinis executionẽ. Sed huic Hosti. rñdet, & dicit, ꝙ habet ordinis executionẽ, durãte ignorantia: sed patefacta veritate, cedat opi. veritati, vt patet de eo, qui duxit in ma. c. veniens. de secundis nup. c. 2. ex istis rõnibus concludunt, ꝙ ordinati ab istis notoriè pręcisis, excõmunicatis, & depositis habent ordinis executionẽ, si ignoranter receperunt: & potest esse hoc casu probabilis ignorantia: nõ in loco, vbi est notorium: sed in alia regione, vt no. s̃. de elec. c. bonæ. 1. ver. licèt autem. & not. in c. ad nostram. s̃. de iureiuran. Inno. tñ vr̃ vltimò inclinare in partẽ oppositã, ꝙ in notoriis factis, sicut est contra renunciationẽ, & nominatim excõmunicatos, & pręcisos ab Ecclesia nullus ordinatus admittat̃ ad executionẽ sine dispẽsatione ab aliis verò criminosis occultis, & excõicatis vr̃, qui receperit ordines, habeat eorundẽ executionẽ. Io. An. remittit de ista materia ad no. s̃. de ord. ab epi. c. 1. & 2. in summa. e. ti. §. quid iuris. & no. etiã Inn. s̃. de simo. c. per tuas. cui tamen plus placet qd̃ no. hic, quã ibi. & p ista sit expedita prima, & secũda qõ. s̃. motæ de conferente præciso: & de illo, cui ordinum collatio facta est. de collatione verò beneficii facta ab illo, vel illi, qui esset p̃cisus ab Ecclesia: & de aliis gestis rõne publici officii. dic, vt s̃. de do. & contu. c. veritatis. & de excess. pla. c. tãta. &
7 a c. in literis. de resti. spo. ¶ † Tertia qõ est. p̃latus meus est homicida, vel excõicatus: & nullus scit, nisi ego: nũqd recusabo à tali ordines recipere dicit ipse, ꝙ nõ. & idẽ Ho. 6. q. 2. & 3. alioqui nõ missset Christus Iudã cum aliis: si intelligeret, ꝙ suspensi occulti executionẽ ordinis non haberent. 1. q. 1. c. Christus. & c. q. à simoniacis. vbi istã opi. tenet Hugo Hispanus. sufficit enim, ꝙ isti ab Ecclesia tolerentur. 8. q. 3. c. nõne. hoc tũ fallit in occulto excõitato: cui me cogenti possum dicere [non recipiam à te ordines, cũ sis excoicatus.] & idem qd̃ de excommunicato, dicas in notorio fornicatore, & simoniaco: quia à talium obedientia propria auctoritate recedi põt. 32. di. c. verũ. & idem in suspenso ab officio, & à collatione sacramentorum per sniam hois. de sacr̃is collatis ab istis, & de ipsorum effectu dic vt d. c. per tuas. & s. de hæreti. c. fraternitatis. de iurisdictio. exercitio minus dubitatur, quàm de istis sacramentis talibus. nullius enim criminis prætextu possunt illi, qui sunt in aliqua iurisdictio. positi prætextu criminis remoueri per viam excommunicationis, nisi essent publicè excommunicati. de quo plenè. s̃. de offi. delega. cap. cum super. & c. ad probandum. de re iudi. & quod no. in c. ici citatis. s̃. de rescrip.

A D D I T I O.

a ¶ Homicida. Homicidium an inducat irregularitatem, vide Io. de Turre Cre in c. de his clericis. 50. di quã autẽ pœna homicida puniatur, vide in l. 3. C. de episcopali audi. & in toto titu. ff. & C. de sic. Instit. de iudi. §. item lex Cor.

S V M M Æ.

Ordinatus à scismatico, etiam ignoranter repellitur ab officio: potest tamen cum eo dispensari. nu. 2.

Quis possit cum eo dispensare. nu. 5.

Ordinans, eo ipso ꝙ scit illum, quem promouit ad ordines, indignum: an videatur cum eo dispensare.

Pœnitentiam agens in occulto, an poterit postea accusari.

1 FRaternitati. No. primò, † ꝙ ordinatus à scismatico repellitur ab officio: quod intellige, etiã si ignoranter. de quo.
2 s̃. c. proxi. ¶ Secundò no. † quòd potest cum taliter ordinato dispensari. ¶ Quærit glo. † vtrùm eo ipso, quòd ordinans scit illum, quem promouit ad ordines, indignum, videatur cum eo dispensare. tenet quòd non. de hoc no. 51. distinct. c. qui in aliquo. & 54. dist. c. si seruus. Requiritur ergo, quòd ordinans hoc intendat, vt no. de concess. præben. c. literas. in vl. glo. & idem hic Vin. Goff. Host. & Inno. s̃. de fil. presby. c. veniens. videtur tñ tenuisse contrarium. de cle. coniu. c. diuersis fallaciis. & no. etiam de hoc Spec. in titu. 2. §. antepenul. ver. dicũt autem. & se. Tu dic, ꝙ ipso facto dispensatur per eum, qui hoc potest, si præmisit super dispensatione facienda, vel non facienda causæ cognitionem, & postea promouit, vel ordinauit. hoc intendit: licèt verbum dispensationis non expresserit. ad hoc de appel. c. ad audientiam. Si verò non præmissa cognitione, promouerit, non intelligitur dispẽsare: imò punitur, vt d. cap. qui in aliquo. probatur hoc per ea, quæ notantur in simili de coniu. seruo. c. fi. in vlt. q. qualiter autem probetur dispensatio. dicit glo. ꝙ per testes, arg. de cle. pere. c. tuæ. soli enim episcopo asserenti se dispensasse non crederetur. 81. dist. c. si quis sine. ¶ Secundò quærit gl. † vtrùm ille,
4 qui agit pœnitentiam in occulto, poterit postea accusari. tenet, ꝙ sic. qd̃ intellige ab eo, qui suũ priuatũ interesse prosequitur, secundùm Hosti. 4. q. 6. c. omnibus. aliàs secus. de pœni.
5 di. 4. c. diuina. de cõse. di. 4. c. q̃ris. ¶ Tertiò q̃rit gl. fi. † qs possit dispensare cum isto. dicit Hosti. ꝙ cum quæritur de ẽpatu adipiscendo, solus Papa dispẽsat. s̃. de elec. c. quia diligentia. item in monasterio exempto. de cõsue. c. cum venerabilem. de renun. c. pen. & vlti. In alijs beneficijs dic. ꝙ si is, de cuius dispensatione agitur, scienter, vel supina ignorantia ductus recepit ordines, nullus citra Papam dispensat. si verò ignorãter, & ignorantia fuit probabilis, dispensat episcopus proprius, non delinquens. de ordi. ab epis. c. 1. & 2. delinquens non, vt in prin. glo. huius.

De apostatis.

VIA hærotici, vel scismatici in apostasiam incidunt: iõ post illos, &c. quia verò baptismũ reiterantes etiam apostatare videntur à sacramento prius percepto: ideò de his submittit secunda Decre. facit ad secũdam partem rub. reliqua verò ad primã. in Cod. sunt duę rub. 50. dist. c. vl. 2. q. 7. c. alieni. 3. q. 4. c. 1. 2. & 3. 6. q. 1. c. infames. 20. q. 3. in tribus cap. de secunda parte habetur de cõse. dist. 4. c. non licet. conuenit primæ parti. de vita, & hon. cle. c. Deus qui. ne cle. vel mo. c. 2. lib. 6. & de vi. & ho. cle. c. 2. ad secundam. de bap. c. 2. præmitte ad euidentiam titu. de triplici apostasia, vt j. c. 1. no.

S V M M Æ.

1 *Clerici, qui relicto ordine, & habitu in criminibus tanquam laici deprehenduntur: non gaudent priuilegio clericali.*

2 *Clericus constitutus in minoribus, per quem actum intelligatur perdere priuilegium clericale.*

3 *Clericus quantuncunque grauiter delinquat, abiecto habitu, non est per secularem iudicem puniendus.*

1 PRęterea. No. primò † ꝙ clerici, qui relicto ordine, & habitu, in criminibus, tanquam laici, deprehenduntur, non gaudent priuilegio clericali. contra hoc glo. opponit de c. si verò. de sen. ex. fol. hic in eo, qui per omnia, vt laicus se habebat: sed ibi nõ per oĩa. vel loquitur istud c. de illis, qui sunt admoniti. & sic planè est, dicit glo. Inno. hic dicit circa tertiam speciem apostasiæ, cum scilicet quis à statu suæ religionis recedit. quod contingit hic multis modis. scilicet dimittendo tõsuram, vel coronam: accipiendo vxorem, dimittendo vestem religiosam, vel clericalem, & redeundo ad seculum. 20. q. 3.

c. 1. 2.

c. 1. 2. & 3. Host. remittit de ista materia ad no. j̃. de sen. excõ.
2 c. perpendimus. † Tangit etiam hic Inno. de clerico constituto in minoribus, per quem actum intelligatur perdere priuilegium clericale. dicit ergo, ꝙ aut constitutus in minoribus agit aliquid penitus contrarium ordini clericali, vt quia secundã, vel corruptam vxorem ducit: vel fit miles, & sęua exercet: & perdit omne priuilegium clericale. 84. dist. c. quisquis. Aut ducit vxorem virginem: vel fit miles, non exercendo sęua: & tunc aut incedit in habitu, & tonsura: aut sine. quod dic vt no. j̃. de cle, cõiu, c. 1. lib. 6. vbi hoc plenius. sed hic plenè distingue. aut clericus clericalem ducit vitam suam: aut non. primo casu quando clericaliter viuit. & tunc qualitercunque delinquit: non amittit priuilegium clericale: & non potest capi, puniri, vel detineri per iudicem sæcularem; & percutiens talem clericũ incidit in canonẽ latæ sniæ, vt c. si quis suadente. 17. q. 4. & hoc casu loquitur c. c. cũ non ab hoie. cum ibi no. s̃. de iudi. vbi patet, ꝙ loquitur de eo. quẽ constabat esse clericum. & hoc verũ, nisi fuerit incorrigibilis, & traditus curiæ seculari, vt ibi dicitur. Si verò non viuit clericaliter: subdistingue. aut portat habitum, & tonsuram: aut non. Primo casu licèt vadat negotiando, vel teneat tabernam, non perdit priuilegium clericale, nisi post trinam monitionem. & hoc casu loquitur c. fi. de vi. & hone. cle. & hoc patet, quia ibi dicitur, quòd quidam clerici. quasi certum erat, quòd ipsi erant clerici, licèt negociatores. si verò accepit secundam vxorẽ, & viduam: vel fecit se militem, exercendo sęua, ex toto amittit priuilegiũ clericale: quia in talibus non cadit character. 84. di. c. quisquis. & de big. c. 2. & 3. Si verò accipit vxorem vnicã, & virginẽ: si habet beneficium ecclesiasticum: tunc portando habitũ, & coronã non perdit clericale priuilegium, vt in c. 1. de vi. & ho. cle. li. 6. Si verò non portat vestes clericales, habitum, vel tonsuram: & faciat grauia ordini clericali, vel delinquat: & tunc subdistingue: aut grauiter delinquit: vel fac. t contra regulam (quia portat arma, vel ludit, vel vadit venando, vel aucupãdo.) tuc si quis ignorat eum clericum: & nõ incidit in canonem. secus si sciret. de sen. excom. c. si verò. & hoc verum, nisi post trinã monitionem. de sen. exc. c. in audientia. & c. contingit. Si verò reliquit habitum clericalem, & tonsurã, & immiscuit se enormitatibus, & perseuerat in illis: ita ꝙ hoc faciendo, fuit comprehensus per iudicem sæcularem, vel offensus fuit per eum; & iste est casus dubius apud quosdam, qui dubitant, vtrùm, esto, quòd constet post capturam, ipsum esse clericum, possit puniri per sæcularem iudicem, qui apprehendit eum: vel debeat ipsum remittere ad episcopũ, vt puniat ipsum. & quòd debeat remittere, probatur primò: quia non perdit priuilegium, nisi post monitionem, vt c. fin. de vi. & ho. cleri. Secundò quia speciale est in quibusdam, quòd perdant priuilegiũ ipso iure. de quibus in c. j. de vi. & hone. cle. Tertiò roboratur per c. si iudex laicus. de sen. exc. lib. 6. ibi enim dicitur, quòd quando constat eũ esse clericum, est indistinctè remittendus: nisi in casibus not. ibi in glo. super ver. debet igitur. Quartò probatur per locum à speciali in c. si degradatio. de pœnis. lib. 6. degradatio enim non fit nisi pro enormibus, vt c. at si clerici. & c. cum non ab homine. & tamen antequam iudex sæcularis possit inijcere sibi manus: requiritur degradatio. vt c. nouimus. de sen. exc. & ibi in gl. super ver. à pluribus. Quintò hic videtur tenere glo. in c. ex parte. de priuileg. super ver.
3 deprehensi. vbi glo. innuit, † quòd quantuncunque clericus grauiter delinquat abiecto habitu, non est per secularem iudicem puniendus. ergo hoc videtur probare Ioan. And. in c. perpendimus. de senten. excommu. vbi videtur dicere, quòd scilicet perdat priuilegium: istæ sunt rationes vrgentes pro ista parte. In contrarium arguunt quidam, & probant efficaciter per rationes, & iura. & respondent iuribus allegatis. s̃. quorum opi. si essem iudex, non seruarem, quando constaret aliquem esse clericum, quantuncunque relicto habitu, & tonsura se enormitatibus immisceret, & caperet in ipsis per iudicem secularem: nisi in casibus, cap. 1. de vi. & honest. cler.

S V M M Æ.

1 *Sortilegij s nullo modo est credendum.*

2 *Reiterantes baptismum, si dolosè faciant, & scienter, puniuntur vltimo supplicio.*

3 *Iniuria dicitur fieri sacramento baptismi, quando reiteratur.*

4 *Crimen quando est occultũ, licèt sit graue, non impedit promouere volentem post peractam pœnitentiam.*

EX literarum. Si crimen acolyti, qui rebaptizanti ministerium præbuit, est occultum, promouere potest: si publicum, non potest, nisi dispensetur cum eo religionem intrãte. h. d. communis diuisio. secunda ibi [discretioni.] in qua distinguit secundum membrum. ibi [si verò.] ¶ Not. primò
1 † de istis sortilegijs, quibus nullo modo est credẽdum, vt pa
2 tet de sorti. c. 2. ¶ Secundò no. † contra iterantem baptismũ. tales enim si dolosè faciant, & scienter, vltimo supplicio puniuntur. C. ne sã. bap. rei. l. 1. & 2. & fi. hoc secũdùm leges: sed secundùm canones clericus deponitur: laicus excommunicatur, & pœna grauiore punitur: nec de cetero ordinatur, per iura, quæ allegat prima glo. & j. q. 7. c. qui in qualibet. & hoc verum, cum constat quem fuisse baptizatum: aliàs secus. quod dic, vt s̃. de bap. c. 2. Host. remittit ad summam. eo. tit. §. fin.
3 ¶ Tertiò no. † ꝙ quando baptismum reiteratur, dicitur fieri iniuria sacramento, & fit ista iniuria tribus modis. Et primò per iterationem, vt hic. Item quando in alia forma, quàm cõstitutum est, confertur. Item quando extra Ecclesiam. & vide quod no. Io. 68. di. c. quod ergo. ¶ Quartò no. quòd super irregularitate cum religioso facilius dispensatur, quando crimen etiam est publicum. facit j̃. de homi. c. significasti. 2.
4 ¶ Quintò no. † quòd quãdo crimen est occultum, licèt sit grae, non impedit promouere volentem post peractam pœnitentiam. quod intellige occultè, si delictũ est occultum: aliàs si est publicum, publicè pœnitebit. de pœni. & re. c. quęsitum. ¶ Opp. dicitur hic, ꝙ per ingressum religionis non tollitur irregularitas ipso iure, sed per dispensationem. Sed contra de fil. presby. c. 1. & 5. 6. dist. c. 1. Sol. vt in gl. fi. quam no. & no. j̃. de pœni. c. in quibusdam. ¶ Secundò opp. innuitur hic, quòd minor ætas in delictis excusat. Contra de l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de mino. so. vt in glo. arg. ꝙ ætati. & c. Goff. dicit, quòd licèt ignorantia iuris ciuilis excuset minores. ff. de iur. & fac. igno. l. i. illud non habet locum in articulis fidei: vel sacramentis: vel iure naturali. C. de in ius vocan. l. 2. In his enim paruitium est decipere, & decipi. 16. q. 1. c. si cupis.

S V M M Æ.

1 *Infamatus de apostasia compellitur habitum deferre, donec de illa se purget.*

2 *Apostata non est excommunicatus: sed excommunicandus.*

3 *Clerici in sacris constituti cogendi sunt ad delationem habitus.*

4 *Clericus primæ tonsuræ verbo renunciare non potest sine licentia episcopi: sed facto sic.*

1 TVæ † Infamatus de apostasia compellitur habitũ ferre, donec de illa se purget. ¶ No.
2 primò, † quòd apostata non est excommuncatus, sed excommunicandus. quod tenet hic gloss. & de tempo. ord. c. primo. lib. 6. hoc verum, nisi in religioso habitum dimittente. vt j̃. ne cle. vel mo. c. vt periculosa. lib. 6. ¶ Secun-
3 dò no. † ꝙ clerici sunt cogendi ad delationem habitus: quod intelligit glo. verum de constitutis in sacris. constituti verò in minoribus an sint cogendi. gl. tenet hic, quòd non. & hoc tenent Inno. & Host. s̃. c. 1. per c. eos qui semel. alleg. in glo.

vbi

vbi dicit[taxati in clero].i.astricti. quod non est ante sacrum ordinem.argum.inf.de elec.cap. cum ex eo. Item ibi sequitur[in monasterium deputati.]equiparatur enim constitutus in sacris,& religiosus.de voto.c.vno.lib. 6. Item ex eo, quod ibi dicit[reuertatur.]constitutus enim in minoribus non cogeretur.de cle.coniu.c.j.& hoc videtur verum, nisi beneficia retinerent.quod dic,vt no.50.di.c. fin. Ray. tamen in summa huius ti.ver.quid si aliquis. & Hostien. in summa. §. qualiter vorbum.dicunt,q̃ etiam is,qui tonsuram tantùm accepit,cõpelli debet ad eam conferendã.21.distin.c.cleros.54. distin. c.ex antiquis.& istud placuit Hugo.per præalle.c.eos.ad quæ dicit Io.An.se respondisse.s̃.& alleg.pro opi.Inn. de vi. & ho. cleri.c.quoniam.§.si verò.vbi constitutus in minoribus vtens secularibus vestibus(nisi tonsuram saltem ferat)non punitur. Boati.de hoc no.s̃.de cle.non resi.c.fraternitati.vbi dicit, † q̃ clericus primæ tonsuræ verbo renunciare non potest sine licẽtia episcopi:sed facto sic.

A D D I T I O.

¶Qui tonsuram. Adde vídendum Io.de Turre cremata in c. clerici. il. 2. 23.distin.& ibi an clericus,qui accipit primùm tonsuram, possit illam deserere.

S V M M Æ.

1 *Christianus effectus debet dimittere Iudeorum ritum.*
2 *Prælaci debent inquirere super obseruantia ritus fidei: ne turpi commissione fœdetur.*
3 *Bona conferuntur inuitis.*
4 *Viam Domini agnoscere,& retro ire,quodam respectu minus malum est,quàm nunquam cognoscere.*

QVidam. Iudei baptizati ritus iudaicos dimittere compelluntur. prima pars duo facit, primò ponit ritum Iudeorum baptizatorũ:ibi [excessum,cõtra quẽ.] secũda prouidens,ibi[cum autem.] duas auctoritates præmittit, &
2 duas rationes subdit.¶ Not.primò, † quòd ille,qui efficitur Christianus,debet dimittere Iudeorum ritum:sicut ille,qui ingreditur religionem,vel aliquod collegium, debet se conformare moribus eorundem.12.distinct.cap.illa.¶Secundò no. q̃ maledictus &c.oportet enim eligere certam legem, & viã, & non in incerto vagari,vt in simili dicit tex.in l. idem exigit. ff.de dolo.facit.c.vt quis duas.de elect.li.6. ¶Tertiò not. † q̃ ad prælatos pertinet inquirere super obseruantia ritus fidei, ne turpi commissione fœdetur:& similiter cetera crimina, vt c.j.s̃.de offi.or.& punientur isti præuaricantes pœna contra hæreticos instituta. j̃. de hæreti. c.contra Christianos. lib. 6.
¶Quartò no.† quòd isti compelluntur ad bonum:& sic bona conferuntur inuitis.de quo.23.quæst.4.c.displicet. ¶Quinto no.q̃ ex duobus malis, minus malum est eligendum. de quo. 13.di.per totum.¶Sextò no.tex.in fi.[cuiu minus] &c. dicit tamen Boati.† quòd quodam respectu minus malum est, viã
4 Domini agnoscere,& retro ire, quàm nunquàm agnoscere: quia primo casu bona reuiuiscunt.de pœni.di.3. c. pueri.secũdo casu nõ.quia nunquam fuerunt bona sine fundamento baptismi.j.q.j.c.cum Paulus.

S V M M Æ.

1 *Apostatæ carcerari, & affligi possint, vt habitum reassumant.*
2 *Apostatæ si reuerti volunt,sunt recipiendi.*
3 *Ecclesia potest habere publicum carcerem.*
4 *Apostata carceratus,si rumpat carcerem,& peiora committat,qualiter punietur.*

1 ANobis, † Apostatę carcerari, & affligi possunt,vt habitum reassumant. communis diuisio.secunda ibi[ad quod.]¶No.primò
2 † quòd apostatæ,si reuerti volunt,sunt recipiendi:& sic in isto delicto habet locum pœnitentia. regulariter contra, vt patet in tex.ibi[si voluerit.]&c.tamẽ debet velle iudex,nisi talis abstineat à delicto.facit l.j.C.quomodo,& quando iudex.¶Tertiò no.tex.dum dicit[sub graui custodia.] &c. q̃ quandoque carcer est grauis,quandoque leuis.iuxta no.in l. 1. 2. & 3. C. de custo.& exhi.re.& vtitur Ecclesia carcere ad custodiam
3 & ad pœnam.j̃.de pœnis.c.quamuis.li.6.† habet ergo Ecclesia publicum carcerem,vt hic.& s̃.depositi.c. grauis.& tormenta 5.q.5.c.illi qui.4.q.3.c.si ea.rei mutilationis.5.q.2.c.delatori. mucronem,per quem decapitat.26.quæst.2.c.visis.quod intellige de separatione à Christo,qui est caput.2. q. 7.c. quia ergo quæ mors.qui.fi.sint le.c.per venerabilem.in fi.in glo.1.
4 de hære.¶Quærit Io.An.† quid si iste carceratus frangit carcerem,& peiora committit.dic, vt no. de iud. c.cum non ab homine.lex ciuilis frangenti carcerem imponit pœnam capitalem,etiam si aliàs innocens fuerit,vt.C.de effrac.l.j.& de custod.reorum.l.pe,vbi de hoc.& ibi de pœna custodis negligẽtis.Host.remittit ad summam de accu.sub.§. qualiter procedatur in accusatione.ver.responso exhibito.& aduerte,quia si quis in carcerando non nititur publica auctoritate, incidit in pœnam priuati carceris,quæ est capitalis.vt.C. de priua. car. l.1.& quod no.in l.capite quinto,ff.de adul.

S V M M Æ.

1 *Monachus in apostasia ordinatus ad sacros ordines sine dispensatione Papæ non ministrat.*
2 *Et quid si prius reconciliatus fuisset.nu.3*
3 *Religiosi apostatæ sunt excommunicati ipso iure.*
4 *Casus,in quo solus Papa dispensat super executione ordinis.*

1 COnsultationi. † Monachus in apostasia ordinatus ad sacros ordines sine dispensatione Papę non ministrat. ¶No.primò,quòd Papa retinet sibi potestatem dispensandi in executione sacri ordinis in apostasia suscepto. non tamen intelligas,quòd non recipiendo non sacrum in apostasia,talis habeat executionem:sed in non sacro poterit dispensare episcopus:postquam Papa de sacro tantùm sibi specialiter reseruauit.j̃.de sen.ex.c. nuper.de præsump. c. nonne. & de big.c.
2 1.& 2.† religiosi tamen apostatæ sunt excommunicati ipso iure.vt.j̃.ne cle.vel mo.c.2. li.6.ideo distinguit super potestate dispensandi,vt.j̃.de sen.excom.c.cum illorum.¶Secundò põ
3 dera,quòd dicit de receptione ordinum in apostasia.† si enim primò reconciliatus fuisset, & postea ab episcopo Catholico ordinem suscepisset: non esset dispensatio necessaria in suscepto:ergo in apostasia ministrare non poterit. & multò minus
4 ad superiores ascendere,vt d.c.cum illorum.¶Tertiò no.† casum,in quo solus Papa dispensat super executione ordinis. Alii casus ponuntur in gl.vltra hos addit Host.casum, quando quis scienter fecit se ordinari ab excommunicato,vel suspenso:quia tunc solus Papa dispensat.de ordi.ab episcopo. c. 2.facit quod no.9.q.1.in summa.& c.ordinatis.

De his,qui filios occiderunt.

SO de his,qui peccant in Deum in quatuor proximis rubricis. de his, qui peccant in homines:& nihilominus in Deum, videamus.& quia inter alia,homicidiorum genera, &c. secundùm Gof. vel quia post præceptum de Deo colendo,& parentibus honorandis primum præceptum est.Non occides. c. de vtero. c.5.ideo &c.congruit materiæ.de pœni.& re.c.quæsitũ. & de date cãm abortui.in tit.2.c.si aliqs.& c.sicut ex literarum,

Mu-

S V M M Æ.

1 *Mulier spontè occidens filium suum, debet perpetuò in monasterio pœnitere:tamen si iuuenis est, datur sibi licentia contrahendi.*
2 *Contritio cordis non sufficit ad remissionem pœnę, quę infligitur ratione delicti.*
3 *Occidere filium est delictum de iure naturali.*
4 *Pœnitentia melius peragitur à soluto, quàm à ligato vinculo matrimoniali.*
5 *Peccatum etiam enorme non impedit ingressum religionis.*
6 *Iudex debet tolerare minus malum, si videt grauius ex contrario imminere.*
7 *Pena, quæ imponatur de iure ciuili contra patres, qui filios occidũt.*

1 VEniens. † Mulier spontè occidens filium suum, debet perpetuò in monastorio pœnitere:tamen si iuuenis est, datur sibi licentia contrahendi. secunda ibi [mandamus.] ¶Nota
2 primò, † quòd ad remissionem pœnę, quę infligitur ratione delicti,non sufficit cordis contritio, etiam quò ad forum pœnitentiale:& multò minus in foro iudiciali:quia sola pœnitẽtia, quæ delinquit non desinit esse nocens, vt l.qui ea mente, ff.de fur.¶Secundò no, quòd inter virum, & mulierem oritur quandoque contentio de filio:quia mulier dicit quem filium esse alicuius:ille autem hoc negat, cui autem sit credendum:videtur,quòd neutri: nisi alia adminicula suffragentur, vt c.per tuas.supra de proba, dic vt ibi. ¶Tertiò not.quòd sta mulier calore iracundię interfecit puerum: & tamen sibi
3 non parcitur: † quia est delictum de iure naturali. vnde calor iracundię,sexus, vel rusticitas non excusat. & sic non ob. l. quod calore iracundiæ. ff.de reg.iu. facit l.alia.ff.de iur.&
4 facti igno. ¶Quartò not. † quòd pœnitentia melius peragitur à soluto,quàm à ligato vinculo matrimoniali. Ista tamen castitas suadetur,non imperatur, vt dicit iste text. & hoc verum, quando est suspitio,siue præsumptio de ipsius incontinentia;aliàs non daretur sibi licentia contrahendi, vt in gl.fi.
5 ¶ Quintò not. † quòd peccatum etiam enorme non impedit etiam ingressum religionis: imò peccatores, & criminosi sunt ad religionem precibus inducendi, vt dicit iste tex. qui purgat irregularitatẽ in seculo contractam, & præbet materiam dispensationi, vt supra ti.j.c.2.vbi de hoc. ¶Sextò not,
6 † quòd iudex debet tolerare minus malum, si videt grauius ex contrario imminere:melius est .n.habere claudos, quàm
7 plangere mortuos, ait Augustinus.12.q.j.c. norui. ¶† Quæro an contra istos parentes,qui interficiunt filios, sit prodita alia pœna in foro ciuili:certè sic,& grauior satis,quàm si extraneum occidisset, vt patet in l.1.C.de patri. qui fi. occi. & ff.ad leg.Pomp.de parric.l.antepenul. & l.1.& per totum.sed remanet hic dubium. similiter regula hic præuenit in pœnitentia,de qua hic, ingrediendo religionem: an sit eidem eximenda:& sic puniatur pena ciuili. quæ non tollitur per pœnã fori spiritualis,vt not.supra de scisma. c.fi. Sed ibi loquitur in laico non mutante statum, licèt pœnitentiam agente.In eo verò, qui mutat statum per receptionem ordinis post delictũ, dic vt supra de obli. ad rati.c.1.sed per ingressum religionis, si mutat statum,an inde sit eximendus, & tradendus iudici seculari.cogita: quia minus est dubium, quòd debeat eximi, quàm in eo,cui impressus est character.&c.

S V M M Æ.

1 *Homicidium à matre commissum in personam filij,non censetur iusta causa separationis thori.*
2 *Episcopus debet prospicere ad salutem peccatoris.*
3 *Iudex secularis non debet prospicere ad salutem:sed ad pœnam, cum sibi constat aliquem deliquisse.*
4 *Iuramentum non est efficax ad separationem thori.*
5 *Mater,licèt delinquat, filium occidendo:non tamen superstitum filiorum gubernatione priuatur.*

INtelleximus. Mulier occidẽs filiũ, propter hoc à viro separari non debet. Secunda ibi [quia verò.] ¶Not.primò, q̃ in c.supra proxi.dicitur,quòd occidit calore iracũdiæ in isto furore diabolico.si autem naturali furore, dic, quòd non meretur pœnam,vt l.2.ff.ad l.Pomp.de parri. Si autem culpa, vel
1 casu,dicam infra c.proxi,¶Secundò nota, † quòd non censetur iusta causa separationis thori homicidium à matre cõmissum in personam filij.adulterium verò sic, vt c.1.supra vt
2 lite non conte.¶Tertiò no. † quòd spectat ad iudicis officiũ prospicere ad salutem peccatoris.& hoc verum in episcopo, qui est medicus animarum:& fungitur vice Dei,qui non vult
3 mortem peccatoris.26.q.6.c.cognouimus. † Iudex verò secularis non debet prospicere ad salutem, sed ad pœnam, cũ sibi constat aliquem deliquisse:neque precibus calamitosorũ illacrimari oportet,vt l.obseruandum.de offi.præ. vnde Seneca dicit in lib.de ira.[Cum ceruicem noxio imperabo præsidi:& eum victum in suppliciũ militare:& eum in ęculeo proditorẽ, hostemve publicum imponã: eo vultu, animoq; ero, quo serpentes,& animalia venenata percutio.]¶Tertiò not.
4 † quòd iuramentum non est efficax ad separationem thori: sed fienda est restitutio mulieris viro, secundùm quòd viderit episcopus expedire: modus ergo in restitutione possessionis consideratur, vt in simili dicit tex.in c. Pisanis. de restitu.
5 spo.facit c.literas.eo.ti.¶Quartò no, † quòd licèt mater delinquat,filium occidendo: non tamen superstitum filiorũ gubernatione priuatur: imò filij superstites sunt causa dispensandi facilius super pœna;sicut quãdoque mulier,quæ perire debet,dilationem consequitur propter filium,quem in vtero gestat,& vt lactet ipsum etiam quandoque, iuxta no,in l.Imperator.ff.de sta.ho. & l.prægnantes. de pœnis. quando autẽ inter patrem,& matrem est quæstio:penes quem filius sit alẽdus,dic vt in c.2.de conuer,infide.

S V M M Æ.

1 *Pœnitentia,quæ imponatur opprimentibus filios.*
2 *Culpa præcedens eaſum,an excuſet.*
3 *Delinquens per ignorantiam qualiter puniatur.*
4 *Percutere volens Titiũ,casu percussit Seium, an teneatur, quòd sic.*
5 *Statutum dicit, quòd vnicuiq; sit licitum interficere exhamitum.an filius poterit vigore statuti interficere patrem, vel econtra.*

DE infantibus. Si infantes penes parẽtes mortui deprehenduntur; & dubitatur mortui sint naturaliter,vel oppressi: parentes ipsi non totaliter in foro pœnitentię sunt immunes. Si autẽ certum sit, quòd oppressi decesserint, parentes punjuntur, vt prouidet tex.ille. & est casus satis no-
1 tabilis.¶† Nota primò,quòd iste tex, loquitur in foro pœnitẽtiæ:in quo foro qualiter istis opprimentibus filios pœnitentia imponatur, glo. plenè distinguit, quòd aut sponte;aut casu.& si casu:aut nulla præcessit negligentia, sine culpa:aut præcessit.&c.vt in glo. Ista etiam consideratio habetur in foro ciuili,& iudiciali.vnde dicit l.ff.de pœnis.l. respiciendum.§.delinquunt autem aut proposito:aut impetu: aut casu.proposito latrones;impetu, cum per ebrietatem ad manus, aut ad ferrũ, peruenerint, casu in venando, cũ cultellus in feram missus hominem interemit.de istis,qui deliquunt ebrietate,impetu,aut casu.dic,vt no.15.q.1.c.inebriauerũt.& c. aliquos, & c.si quis insaniens. & c.si quis non iratus.Circa illos, qui delinquunt
2 casu.quæritur,† an excusentur, si culpa præcessit casum. dic, quòd si præcessit culpa lata, non est dubium. Si autem leuis, aut leuissima; tunc glo.in d.§.delinquunt.tenet, quòd criminaliter

naliter puniatur. Sed Cyn. in l. si quis non dicam rapere. circa fi. de epis. & cle. sentit contrarium: vbi dicit, quòd pro leui, vel leuissima culpa criminaliter non agitur: tamen mi-
3 tius punietur. & pro hoc l. edes. de incen. rui. & nau. † cum verò quis delinquit per ignorantiam, qualiter punietur. dic, ꝙ aut est error in iure naturali, aut ciuili &c. vt plenè in l. 1. de
4 iuris, & fac. igno. & 1. q. 3. per totum. † quid si quis volebat percutere Titium, & casu percussit Seium. dic quòd tenetur, vt l. eum qui. §. pe. & fi. de iniuriis. Non ob. quòd deliquit casu. tunc enim excusatur, quãdo dedit operam rei licitę: secus si illicitæ, vt in quæstione prædicta. ¶ Vltimò facit iste text. quando constat aliquem ab vno ex pluribus interfectum, sed noscitur à quo: vtrùm omnes veniant puniendi, vel nullus. dic vt l. si in rixam. ff. de sic. per Bar. facit quod no. Inno. infra de
5 homi. c. significasti. ¶ Extra quæro de tali quæstione. † Communiter per Italiam sunt statuta, quòd vnicuiq; sit licitũ interficere exbannitum: quæro, an filius poterit vigore statuti interficere patrem, vel econtra. uidetur, quòd non: quia impunitas concessa à iure ciuili, non videtur posse corrumpere iura naturalia, & sanguinis, quæ immutabilia sunt, vt Institu. de iure natu. gentium & ciui. §. sed naturalia. pro hoc. l. si adulterium. §. Imperatores. ff. de adult. & in Authen. de ince. nup. §. 1. & l. inuitus. §. manẽte. de iure do. cum ista quęstio esset de facto Tuderti, fuit consultum contrarium, & bene, secundùm Barto. exbannitus enim efficitur hostis, & transfuga ciuitatis, vt l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. di. & sicut perditur ciuitas: ita perditur filiatio, vt l. postlimi. §. filius. de cap. ad hoc facit l. eos. in fi. de remis. & l. minimè. de reli. & sump. fu. ita no. Bar. in d. §. Imperatores. & vide quod ipse no. in l. 2. ff. de recep. vbi an pœna receptantis exbannitum extẽdatur ad coniunctos.

De infantibus, vel lãguidis,

QVIA exponere filios infantes, & languidos, & alimenta eis denegare prope est occidere: ideò post tractatum de patribus, qui verè filios occiderunt: est videndum de his, qui quasi occiderunt. necare enim videtur, qui denegat talibus alimenta, vt l. necare. ff. de li. agno. habetur de materia. 87. d. c. vlti.

S V M M Æ.

1 *Consentire videtur delicto, qui non prohibet, cum potest.*
2 *Lex priuat patrem patria: dominum dominica potestate, si impiè se habeant erga filios, & libertos, & seruos, ipsos exponendo.*
3 *Personæ languid. e exposit. e cuiuscunque sint ætatis liberantur hoc ipso à patria, & dominica potestate.*
4 *Pœna eadem imponitur deneganti alimenta, quæ imponitur exponenti.*
5 *Ius nullum quæritur in personis expositorũ propter alimenta eis exhibita.*
6 *Expositi an censeantur legitimi, & sint ad ordines promouendi.*
7 *Abbas si negligit reuocare monachum ad claustrum: & ille decedit extra monasterium: quæsita per eum an poterit monasterium vendicare.*
8 *Expensæ fact. e in addiscenda arte, an possint repeti ab exposito.*

SI à patre. Infans expositus à patre, vel ab alio, eo sciente, vel ratum habente, hoc ipso liberatur à patria potestate. Idem in seruo, & liberto, qui ob dictam causam liberantur à dominica potestate. & idem iuris est in prædictis languidis cuiuscunque ætatis: qui tamen prædictis alimenta præstitit, in prædictis ius aliqd̃ non non acquirit. hoc dicit diuisio per se patet. ¶ No. primò,
quòd paria sunt delinquere per seipsum: vel per alium, si hoc
1 scit, & non prohibet, vel ratum habet. † qui ergo non prohibet, cum potest, videtur consentire delicto. quod dic, vt in reg. culpa caret. & quod not. in cap. quantæ. de sen. ex. facit l. 1. §.
2 deiecisse. ff. de vi, & vi ar. cum si. ¶ Secundò not. † quòd l. priuat patrem, & dominum patria, & dominica potestate: si impiè se habeant erga seruos, filios, ac libertos, ipsos exponendo. si autem verberando, vel impiè aliter cruciando: dic, ꝙ vẽdere coguntur seruos. quod dic, vt Insti. de his, qui sunt sui, vel alie. iuris. facit. C. de emen. propin. l. 1. Istæ enim potestates quia sunt inductæ à iure positiuo. meritò lex super ipsis dissoluendis disponit, & super ipsis reintegrandis, propter ingratitudinẽ. vt C. de ingra. li. l. 1. facit l. fi. C. de pœnis. ¶ Tertiò no.
3 † ꝙ personæ languidæ expositę, cuiuscunque sint ætatis, liberantur hoc ipso à patria, & dominica potestate: infantes ergo, & languidi cuiuscunque ætatis ambulant pari passu: & ea
4 dem iuris prouisio in vtrisque locum hẽt. ¶ Quartò not. † ꝙ
a eadẽ pœna, quæ imponitur deneganti alimenta, a imponitur exponenti, vt in versi. vel si alicui. Host. contra. dicit. n. ꝙ licẽt soluatur patria ptãs p expositionẽ: non tũ per alimẽtorũ negationẽ: tum quia iura sanguinis, quæ naturalia sunt, ciuilis rõ non permit, vt l. eas. de capi. di. & Insti. de legi. agna. tu. §. finitum quia alijs remedijs locus est ad patrem cogendum. de quibus. s̃. de conuer. infi. c. 2. & sic dicit corrigendum. quod no. in summa. e. ti. §. quid iuris. vel potest dici, ꝙ iste text. dẽt intelligi de alimentis negatis filijs infantibus, vel languidis: vt sicut circa eos expositio plus punitur: ita & alimentorum denegatio. s. in priuando patres impios istis casibus patria potestate: in alijs verò sit ad iudicis officium recurrendum. & hoc verum credo: circa infantes. n. & languidos, qui per seipsos ad iudicem non possunt habere refugium, voluit ius eis pinguius prouidere. hoc etiam ex eo probatur; quia si seruis sanis dominus neget alimenta, non eripiuntur in libertatem: sed pro derelictis videntur haberi, & conceduntur occupanti, vt. ff. de stip. seruo. l. quod seruus. secundùm Azo. in summa huius ti. Vin. Inn. & Host. hic, licẽt Gof. cõtra hic, & in summa huius ti. dicit. n. ꝙ Decre. ista æquiparat istos tres casus, cum infans exponitur, & cum languidus cuiuscunque ętatis, & cum alicui ex his alimenta negantur. & istam opi. credo veram, vt dixi; quia in istis personis impietas seuerius iudicatur: in alijs ergo vendicat sibi locum dictum Azo. & seq.
5 ¶ Quintò no. in ver. sanè. † quòd ratione alimentorum exhibitorum istis expositis nullum ius quæritur in personis ipsorum. vnde dicit l. quòd nutritoribus nutriti hæreditas non debetur. C. communia de lega. l. nutritoribus. vnde in istis expositis in isto hospitali sanctæ Mariæ, Capitulum, & conuentus non hẽnt ius aliquod in personis ipsorũ: nec ẽt ius suc-
6 cedendi. † & vidi in ipsis dubitari, cum ignoretur: sicut nati ex serua, vel ex libera ex matrimonio, vel soluta, vel nefario coitu, an sint ad ordines, & ad actus legitimos admittendi. arg. ꝙ sic in l. extraneum etiam penitus ignotum. C. de hære. insti. & c. cum deputati. s̃. de iudi. non firmo. ¶ Vltimò istum text. in-
5 valet.ſi uendatur 6.difficile eſſet probare, q̃ pp dilationẽ adiectã ſolutioni pretii,fuerit illud unũ plus promiſſum.Niſi dicas,q̃ dilatio adiecta ſolutioni pretii ſit efficax præſumptio contra venditorẽ in eo,q̃d plus uendidit,q̃ ualeat in pręſenti.Sed ſi ſolutio pretii non ſit dilata, ſtandũ eſt regulæ dictæ l.ſi ex cã.¶Quærit hic In.de una q. ad cuius euidentiam p̃mitte,q̃ qñq; quis in re aliqua dẽt percipere certum reddi tum(puta x.ſalmas grani)uel incertam partẽ(puta quartam redditiuum)uel dicta perceptio conſiſtit in annua quantitate (puta ab hoſpitali,dẽt quis recipere annuatim centũ:uel dẽt recipere operas,puta à liberto,uel ruſtico)& iſta pnt conſtituti perpetuò.i.ſibi,& ſuis hæredibus,& in uita tm̄. Itẽ qñ qs hẽt actionem contractus ſine ſuſpicione, & fraude uſurarũ: poſſet ne iſte annuus redditus percipi,uel iſta actio,q̃ cõpetit ad mille,p̃ qngentis?vr̃,q̃ nõ,p iſtũ tex.qa nõ eſt dubiũ; q̃ ſaltẽ uſq; ad longũ tps plus perciperet de redditu, q̃ ſit p̃tium.

tium.& ista certitudo sufficit, vt dicatur vsura,vt hic.In venditione actionis hoc etiã patet, quando ceditur actio ad mille pro minori pretio.dicunt quidam in istis redditibus : quòd aut pro illo pretio potuisset haberi eodem termino res eiusdem redditus,cuius est illa annua præstatio: & valet contractus.aut non potuisset:& non valet contractus ad exclusionẽ fraudis vsurarum,ar.j.eo.c.consuluit.Alij dicunt, quòd aut quis emit istum annuum redditum iam cõstitutum,vel actio. & tunc semper isti contractus sunt liciti . aut nondum erant in rerum natura: sed producuntur in esse tempore emptionis,siue contractus.& tunc aut constituuntur de nouo in personam tertii.& idem, quia valent:aut in personam ipsius debitoris : & non valent:puta obligatur quis ad plus dãdum in pecunia,vel in specie, quàm acceperit.Non ob.obiectio , de qua. s.licèt enim certum sit,q vsque ad.20.annos , vel quinquaginta,vel citeriores plus accipiet de redditu,quã sit prætium,quod datur:tamen hæc certitudo non facit illicitum cõtractum venditionis:cum etiam hoc sit in venditione alicuius possessionis:vbi certum est secundũ inferiores causas,q plus accipietur de certis fructibus eius,quã sit pretium,quod pro ea datur.& forte sine expensis , vel labore, dando ad fictum certum,vel emphyteusim.Non ob.hoc.c.hic enim reprehenditur,qui carius vendit mercem propter terminum , quẽ dat prolixum emptori ad soluendam pecuniam. hoc enim est illicitũ : quia solummodo vendit tempus pro illa pecunia,quæ venit,& iustum pretiũ excedit:quod ex eo apparet, quia paratis re,& pretio in præsenti pro minori fieret : sed in exemplis propositis sunt omnia in præsenti.s.pretiũ.& annuus redditus,& actio,de quibus incertum est pro futuro tpe,quantũ valere debeant : ita quòd, saltẽ rõne dubii, debet censeri cõtractus licitus,vt hic patet. & posset esse , q in futurum nihil perciperetur, & debitor inops fieret:vel in lite multum expẽderet,vt l.ab Anastasio. C. man. & l.1.ff.de impen. in re. do. Consuluit tamen Inno.Christi fidelibus , q ab hmõi contractu abstineant.s.q de nouo propter hoc cõstituãt redditum, vel actionem emant. †Et prædicta faciunt ad illud, quod sæpissimè Venetiis in dubium reuocatur:ibi enim omnes , qui hactenus contulerunt pecunias in communi pro necessitatibus,quæ occurrunt,describuntur sigillatim:& deinde cõdere spondet eis quolibet anno pro centenario.4.quandoq; quinque.quandoque minus. sed capitale nunquam restituit:& vocantur impreſtita.Ille ergo, qui habet in cõi dicto mõ mille, vel tria millia, vẽdidit alteri ius suum,& emolumentũ oẽ,qd percipit à cõi.Queritur,an iste contractus sit licitus.ex prædictis patet, q sic:quia recipit redditũ in pecunia iam cõstitutum.Item idẽ redditus crescit,& decrescit:& posset totũ cõdere abolere,si vellet,& nihil respondere . Item non est quasi maioris redditus,quàm esset vnius possessionis immobilis.& sic videtur:q licitus sit contractus talis per prædicta iura , & rationes Inno.

S V M M Æ.

1 *Vsuras non solùm prohibetur quis exigere:sed etiam recipere.*
2 *Pœna diuersa imponitur laico, & clerico fœneratori.*
3 *Episcopus an possit dispensare cum clerico : qui exercuit vsuras, si satisfecit.*

1 PRæterea, Vsurarius monitus nõ desistẽs : si clericus est,ab officio,& beneficio suspenditur:si laicus,excommunicatur. & per hoc patet diuisio. ¶No.primò, † q non solum exigere , sed recipere prohibetur quis vsuras.de hoc.47.di.c.1.& s.eo.c. super eo. ¶ Secundò no. † q diuersa pœna imponitur laico & clerico fœneratori.facit.s.de iureiur.c.ad nostrã.¶Quærit glo.† vtrùm possit episcopus dispensare cum clerico,qui exercuit vsuras,si satisf. cit.tenet,q sic.no. de hoc.14.quæst. 4.c.1.

1 *Vniuersitas non potest vsuras recipere,sicut nec priuatus.*
2 *Collegium,siue vniuersitas potest contrahere, & sibi alium obligare, & se alteri in mutuo.*
3 *Creditor computat sibi fructus in sortem.*
4 *Dominus rem suam alteri infeudatam potest in pignus recipere.*
5 *Habens dominium rei, si recipit ipsam in pignus ab eo , qui habet ius diuersum in eadem re:non computat sibi fructus in sortem.*
6 *Casus , in quibus ille, qui debet recipere pecuniam, potest aliquid recipere vltra sortem.*

CONquestus. No. primò,q decretalis ista dirigitur Capitulo.i.abbati,& fratribus,vt patet ex suprascriptiõe .
1 ex quo no.Ala.† q sicut priuatus vsuras nõ põt recipere:sic nec vniuersitas. ex hoc arguens contra ciuitates Italiæ , quæ accipiunt vsuras noĩe ciuitatis.Idẽ no.Vin.j.eo.c.Michael.& per Ray.in summa.eo.tit.vlti.colu.ver.quid de communitatibus. & incidit ista quæstio in illam:an vniuersitas possit delinquere.de qua.s.de simo.c.dilectus.vbi dixi.¶Secũdò no.
2 † q collegium,siue vniuersitas potest contrahere,& sibi aliũ obligare, & se alteri in mutuo.quod dic , vt l. creditor. ff. si cer.pe.& l.1.ff.quod cuiusque vni. no. possidere etiã põt pignus,vt hic,& omnẽ rẽ.vt l.1.in fi.cũ l.se.ff. de acqui. pos.est enim vniuersitas persona repũtata, habens animum fictũ:ex quo idẽ effectus ꝓducit quò ad cõtrahendũ : ac si hẽret verũ aĩm,vt ꝓdictis iurib.facit l.mortuo.ff.de fideiu. ¶ Tertiò no.
3 † q creditor cõputat sibi fructus in sortẽ.& sic ad ipm, tanq ad possessorẽ,spectat fructuũ pceptio. qd dic,vt dixi. s. ca.j.
4 ¶ Quartò no.† q dns rẽ suã alteri infeudatã pt in pignus recipere.qd ergo dr,q in re ꝓpria non cõsistit pignus:intellige in re propria oĩ iure:sed si unus hẽt dnium directũ, ut dns:alius vtile,vt emphyteuta,vel feudatarius:nihil ꝓhibet, q hns dnium directum recipiat dictã rẽ in pignus ab hnte dnium vtile,vt hic.& s.c.j.in fi.facit quod no.in l.naturaliter. §.nihil cõe.de acq.pos.& l.si domus.§.fi.de le.j.& l.q tabernã.de cõtrah.emp.¶ Quintò no.† q si hns dnium rei,recipit ipsam in pignus ab eo,qui hẽt ius diuersum in eadẽ re: non cõputat sibi fructus in sortẽ.dnium.n.directum , & pignus adeptũ utilis dnii operatur istam fructuũ acquisitionẽ. & hoc bene probat illud c.& s.ca.j.& si sic gnaliter intelligatur,habebit locũ
5 nedũ inter ecclesiasticas psonas,de quibus loquitur istud ca. sed ẽt inter laicos,vt no.gl.s.c.j.¶ Quærit gl.† an sint alii casus,in quibus ille,q dẽt recipere pecuniã, possit aliqd recipere vltra sortẽ.dic,q sic.¶Primus in casu.c.salubriter. j. eod. ¶Secds fauore ecclesiæ.ut in c.j.de feu. ¶ Tertius in fideiussore,q soluit usuras.ut s.de pig.c.peruenit.¶ Quartus,cũ emit annuus redditus.qd dic,vt s.e.c.in ciuitate. ¶ Quintus si mutuo hosti. 14.q.4.p qd vr,q licitè ab hostibus exigatur usura.nã ut dicit Tullius lib de of.de tyrãno. [Nec.n.cõtra naturã est eũ spoliare,cũ possis,quẽ est honestũ necare.]& per hoc dicunt Iudei,q à Christianis licitè fenerantur. cum dicatur Deut. 23.[nõ feneraberis fratri tuo pecuniã,uel aliã rem ad usurã.] Sed cõtra eos facit,quod ibi hr. [Nõ fœneraberis gentibus multis:& ipse à nullo fœnus accipies.& aduena fœnerabitur tibi:& tu nõ illi.]ad idẽ j.e.c.post miserabilẽ. & c. pe.¶ Sextus casus est,in quo licitè recipitur ultra sortem, ratione dubii.s.eo.c.in ciuitate,& s.eo.c.fi.¶ Septimus, qñ ratione pœnæ non adiecte in fraudem usurarum. de quo s. de arbi.c.dilecti.& C.de usur.l.cum allegas.¶ Octauus,quando uenditur fundus cum pacto de reuendendo : quo casu licitè emptor lucratur fructus medii temporis:nisi in fraudẽ , &c, vt in gl.& s.de pig.c.illo uos.ubi de hoc in gl.hic ur . & in gl, pe.¶ Nonus,qñ aliquid datur gratis,& sine pacto.sic s.de simo.c.dilectus.caueat tñ ab intentione corrupta,vt dicã. j. e. c.consuluit.¶ Decimus, ubi creditor ratione mutui,quod fecit,

cit, labores subiit:in cuius cõpensationẽ fructus suos facit ex re sibi obligata.de hoc s.de re.ec.non ali.c.pe.Ho.de his remittit ad summã.eo.ti. §.in aliquo.Est vndecimus casus,qui quotidie de facto occurrit.s.cum debitor est in mora soluendi debitũ:an isto casu creditor possit petere vsuras, tanq interesse rõne retardatæ solutionis.gl.dicit,q sic, in contractu emptionis,& venditionis.& si venditori,qui rem venditã tradit,ptium non soluatur:possit petere interesse ptii nõ soluti. huic gl.concor.qd no.in l.Iul.§.ex vendito.de act.em. & l.cũ allegas.C.de vsu.Et si dicas.qd interesse erit istud?pridie consului,q erit interesse dãni contingentis, & lucri cessantis : dũ tñ honestè in hoie consueto lucrari de pecunia, vt in negotiatore.tale.n.lucrum à mutuo nõ separatur: imò tñ sibi reputatur abesse de suo , quantum fuisset lucratus verosimiliter ; qa erit mercator:vbi.n.subest cã, tale honestũ lucrum pt sumi de pecunia,vt j.eo.c.salubriter.& no. Cy.in Aut.ad hæc. C.e.ti.imò plus dixi,q si emptor,q fuit in mora,decessit,pupillo existente hrde,ipse pupillus tenebitur ad illud intereẽ : postq.n.erat mora cõtracta in persona defuncti , cõtinuatur in persona minoris:quinimò in eius persona committitur, si obligatio descendens à defuncto erat in diẽ.vt l. Aemilius.ff. de min.& l.ea q à prẽ.C.de rest.mi.& p Cy.in l.fi.C.in quib. cau.in integ.rest.non est necs.& l.cum qdã.§.fiscus.de vsur. vbi est casus in simili.& hoc uerũ,vbi cum maiore est cõtracta obligatio in diẽ:secus si non hẽat diem: & non fuit cũ defuncto mora contracta : tunc.n.nõ incipit crescere obligatio cũ minore succedente rõne moræ.quod dic, ut no. Bar. in l. cũ filius.§.in hoc.ff.de ver.ob.Habetis duodecim casus ex dictis Doc.in quibus licitum est aliquid recipere vltra sortem. Ego addo casum,qñ qs rõne administrationis tenetur pecuniã collocare in emptione ꝓdiorum.si ergo hoc negligit , tenebitur vltra illã pecuniã,quantum ex ꝓdio, quod emere debuit,ꝓcipi potuisset,vt no.Bar.ff.de admi.tu.l.tutor.§.si post. & hoc no.contra illos , qui habent administrare vtiliter bona aliena,sicut propria:& negligunt.

S V M M Æ.

1 *Hæres quis sit,non refert,quò ad æs alienum soluendum.*
2 *Extraneus ad hoc vt teneatur,sufficit, q bona vsurarij ad eum fuerint deuoluta.*
3 *Hæredes tenentur ex delicto defuncti,etiam si ex delicto ad eos nihil peruenit.*
4 *Filii eodem mõ coguntur ad restõnem usurarum,quo defunctus.*
5 *Hæredum usurarij si unus desit esse soluendo:an reliqui poterunt conueniri pro portione istius deficientis.& sic insolidum.*
Quid in oneribus communis.nu.6.
7 *Hæredes usurarii an teneantur ad restitutionem usurarum ultra uires hæreditarias.*

TVanos. Hrs vsurarii filius , vel extraneus restituere cogitur.cõis diuisio. secunda ib [tuæ igitur.] ¶No.j. q iste tex.loquit de filiis,& extraneis:ad quos bona usurarii deuoluta sunt.& eo
1 dẽ mõ obligat ad resto.filios,& extraneos. † & sic nõ refert quò ad æs alienũ soluendũ,quis sit hæres:licèt.n. filiis debeat legitima in bonis pris,& quodammodo viuo prẽ dñi æstimẽtur,vt l.in suis.de li.& post.tñ creditoribus postponuntur, vt no.in l.fi.de iure deli.§.in cõputatione.Pondera tñ,q tex.dicit[succedunt]&c.quasi velit, q ita demũ filii teneant , si pri successerunt:secus si abstinuerunt ab hrditate prina , nolẽtes negociis hæreditariis implicari,vt l.si filius.ff.de vul. & pu.licèt.n.dicat Apostolus[si filius:ergo hrs.] debet intelligi quò ad eius cõmodũ,non ad dãnum,vt no. Dy. in l,si cum dotẽ . §.transgrediamur.ff.so.ma.& l.j.si ut se ab hær.absti. ¶Secdò
2 no.† q ad hoc vt extraneus teneatur,sufficit,q bona usurarij ad eum fuerint deuoluta. quod intelligit Ho. iure hrditario. & ad hoc(dicit ipse)facit finis.& licèt uideatur multis fauorabile,& æquũ,& cõiter approbetur:sibi tñ vr,q licèt hæres,q non facit inuentarium,teneatur insolidũ: tñ non hęres , ẽt si ad eum res ex cã non lucratiua peruenerint,non teneatur,vt C.de don.l.æris alieni.& ad Treb.l.j. §.si hæres . nisi saltẽ eẽt res empta de pecunia funebri,vt s.c.cũ tu.in gl.fi.ubi de hoc. & maximè est hoc verum post pscriptionẽ. & dicit , q aliter multæ aiæ illaquearent:nec aliquo iure cauetur de aliqua re teneri possessorẽ non hrdẽ.& iunge no.de sepul.c.parochiano.ista sunt uerba Io.An.super prima gl.dixi latius in d.c.cũ
3 tu.¶ Tertiò no.† q hrdes tenentur ex delicto defuncti,etiã si ad eos ex delicto nihil peruenit:& ẽt si cum eis non fuerit lis contest.concor.s.de sepul.c.parochiano.vbi de hoc. Sed dic, q usuræ non repetuntur ex delicto: sed per conditionẽ sine cã:q bñ est transitoria in hæredes,vt no.hic Barto.in l.j.ff.de
4 priua.delic.ad fi.& no.In.j.c.Michael.¶ Quartò no.q † si ad restõnem vsuratum eodem modo cogantur filii , quo defunctus,ex persona heredis non uariatur conditio obligationis, vt l.2.§.ex his.ff.de uer.ob.& C.de fruc.& lit.expen.l.2. Nota tñ Io.An.q per rescriptum impetratum cõtra usurariũ mortuum ante citationẽ non conuenitur hæres,si de hærede non fit mentio in rescripto . & hoc dicit Tan. & Vin.seruari Bonon.ad hoc de of.dele.c.cũ olim.Non ob.istud. c.dum dicit : [eadẽ districtione.]&c.quia loquitur in ordinario, ut no. j. e.c.Michael.licet.n.turpia lucra non debeant hæredibus remanere,sed auferri,vt ff.de calum.l.in hrdem . tñ corã competenti iudice , q non censetur competens delegatus re integra,moriente eo,cõtra quem impetratio facta est. de hoc s. de rescr.c.significauit.& de iudi.c.qa.5.& per Ho. in sum.eo.
5 ti.§.fi.uer.quid si aliter.¶ Quærit gl.† pone,q unus ex pluribus hæredibus usurarii desiit esse soluendo : an reliqui poterunt conueniri pro portione istius deficientis.& sic insolidũ? arguit primò,q nõ possint. deinde cõcludit, q possint, quãtum uires hæreditariæ patiuntur.facit dubium in ista q. qd alibi reuocatur in dubium.s.an inter hæredes obligatio,q descendit ex cã hæreditaria,sit ipso iure diuisa.& vr,q sic, vt l. petitio successorum.C.de pac.& l.si ab eo.C.de neg.ge. si ita est.ergo si unus efficiatur postea non soluendo : non ur aliis accrescere onus suum,ut l.legatorum petitio.ff.de le.2. secus aũt,qñ non fit dicta diuisio ipso iure:sed aliquo iuris beneficio,ut l.inter eos.ff.de fideiu.& gl.j.q accrescat aliis istud onus,fundat se super obligatione , & hypotheca contracta in bonis defuncti usurarii,vt s.c.cum tu.q opi.si uera est, bona est eius solutio.s.ut alii teneãtur . & accrescat eis onus istius deficientis:si aũt bona non essent obligata , prout tunc qdã. & dixi s.in 2.no.tunc sol.gl est dubia.& de hac materia , an hęredes teneantur ad debita insolidum,uel pro parte. dic, ut no.Bar.in l.eadem.§.Cato.ff.de ver.ob.¶ Circa hoc incidẽ-
6 ter quæritur. † qd in oneribus cõis.si unus nõ pt soluere partem suã:an ad hoc alii teneantur?dic q aut est onus personale iniunctum:& tunc,si non pt expediri per vnum, expeditur p alios,vt l.honore.§.fi.ff.de mu.& ho.aut est onus, quod cõsistit in præstatione pecuniæ:uel simi.& tũc si est onus, quod imponitur uniuersitati simpliciter : licèt aliqui non sint soluendo:adhuc tenetur uniuersitas:quia censetur eadem , ut l. proponebatur.ff.de iud.& l.sicut.quod cuiusuni.no. aut imponitur onus,vt cuilibet de uniuersitate , vt cuilibet ciui : & tunc vnus pro alio non tenetur,ut l.j.C.ut null iud.li.11.aut onus impositum est reale (vt tributum, quod soluitur pro rebus)& tunc uno non soluente,alii grauantur: & eis assignatur possessio non soluentium,vt l.fi.C.de exac.tribu.& l.j. & C.de omni agro deser.lib.11.& ad prædicta uide,quod not. Specu.in titu.de cen.§.nunc dicendum. versi. quid si uniuersitas.& uer.sequen.& l.ab omnibus.de lega.j.ubi si unus eximitur à collectis : alii de uniuersitate soluere teneantur partem suam.¶ Secundò quæro.† an hęredes usurarii teneantur ad restitutionem usurarum vltra vires hæreditarias.Rñ.si fe-
cerunt

cerunt inuentarium:certum est,ꝓ ad istud, vel alia debita hæreditaria non teneantur vltra vires hæreditarias, vt l.fi.C.de iu.deli.& no.s̃.de rap. c.in literis. Si aũt non fecerũt inuentarium:tunc an teneãtur. D.Fed.de Sen.disputat,qd in foro cõscientiæ.& dicit,ꝓ Ho.tenet, ꝓ non teneãtur in foro conscietiæ,vt not.de testamentis in summa.§.pe. ad fin.,p quo facit, quod not.hic glo.in fi.Sed ipse no.contrarium in dicto ca. in literis.deinde post multa concludit, ꝓ l. humana condita ab eo,qui habet potestatem condendi, manifestam non continens iniquitatem,obliget in foro conscientiæ.Sed qa regulariter obligatio,'quæ descendit ex delicto, non afficit hæredẽ vltra id,quod ex delicto peruenit. vt C.ne ex deli.l. vna.& sic facere, vel non facere inuentarium nihil pertinet ad credita illa:quæ aliàs non obligant hæredem, vbi omissio inuentarij ,pdest creditoribus eo casu, vbi creditores poterant agere contra hæredem. quòd aũt hæres teneatur ex delicto defuncti,etiam si ad eum nihil peruenerit ex delicto, statuitur iure canonum,vt patet in eo,quod leg.& no.de sepul.c.fi.cum sua materia.canon, qui in hac parte grauat hæredem vltra ius ciuile,voluit æquitatem preferre: vt non teneatur pro maleficio,vel delicto defuncti vltra vires hæreditarias, vt d.c.in literis.& j̃.e.c.2.li.6. vt sicut æquitas iuris canonici mouetur ad statuendum,ꝓ hæres,qui habet bona defuncti licitè quæsita, teneatur ad restitutionem illicitè quæsitorum,ẽt si illicita nõ peruenerint:& etiam si lis nõ sit contestata cum defuncto:sic eadem æquitate fuit statutum, vt vltra vires hæreditarias nõ teneatur.Ista sunt verba domini Fede.consilio 21. quæ bene no.& adde quod not.Bar.& Bal.ff.de acqui. hære.in rub.& in l.habeat vnusqsq;.C.de sa.san.eccl.in repetitionibus eorũdẽ.

S V M M Æ.

1 *Propositum in mente retentum obligat in foro animæ.*
2 *Vendens merces plus quàm valeant de præsenti, propter dilatam pretij solutionem committit vsuram.*
3 *Authoritas,mutuum dantes &c.quomodo intelligatur.*
4 *Intentio mala obligat quem in foro conscientiæ ad restitutionem eius, quod malè accepit.*
5 *Vsurarius mentalis an teneatur ad restitutionem.*
6 *Mutuabat quidam curialis multas suas pecunias gratis sine aliqua pactione vsurarum: debitores tempore solutionis dabant pro maiori parte sibi aliquid vltra sortem: & ex hoc satis lucrabatur. cõtra istum episcopus tanquam contra vsurarium inquisiuit: an ex hoc sit vsurarius censendus.*
7 *Testator an possit inducere vsuras in testamento.*

CONsuluit. Mutuans ea mẽte, vt plus sorte percipiat, non dans parabolam iuramenti, nisi inde aliquid recipiat, vendens rem plus debito(quia solutionem pretij differt) tenetur ex his in iudicio animarum. cõis diuisio.quia primò consultatio,tria dubia continens: ad quæ simul secundò respondet ibi[verum.]¶No. primò,ꝓ in omnibus istis tribus qõnibus propositum fuit in mente retentum, & obligat in foro con-
1 scientiæ:† licèt ergo propositum in mente retentum nõ obliget:nec producat effectum in foro iudiciali,vt l.si repetendi. C.de condi.& demon.secus est in foro animę.& sic diuersum ius statuitur in vno,quàm in alio. quod quãdo sit verum:dic, vt no. D.Fed.de Sen. consilio 21.& per Inn.in c. quia plerq;. de immu. ec.¶Secundò not.de isto, qui aliter non concedit parabolam iuramenti: tenebatur.n.debitor vinculo iuramẽti soluere ad certum terminum.& quia non poterat, petebat terminũ prorogari: quod ille creditor facere fortè gratis nolens sine pacto aliquid recepit: & postea prorogauit. de qua ,progatione vide qd no.s̃.de offi.dele.c.P.& G.& colligit Io. An.ꝓ inspicienda est consuetudo p̃risfami. vt l.vel vniuersorum.ff.de pig.ac.& de scda vsura.l.q semisses. 47.di.c.quam.
2 ¶Tertiò no.† de illo,q vendit merces plus, q̃ valeãt de p̃nti, pp dilatã p̃tij solutionẽ.simile.s̃.e.c.in ciuitate. Et collige, ꝓ si pecunia debeãt ex alio cõtractu:q̃ mutui (ut hic erat) non põt aliqd recipi vltra ipam.qd est cõtra opi. quorundam:de qua in Aut.ad hæc.C.e. ti. multũ ergo latè accipit mutuũ. de quo loquit Luc.6.[mutuũ date.]&c.ex quo tex.hic arguit ad hunc cõtractũ emptionis. facit in contrariũ qd dixi. s̃.in c.in ciuitate. ꝓ iste vr̃ minus vendere,terminũ ,plixũ p̃figendo solutioni, vt dixi ibi. ¶ Quartò no.ex dicta auctoritate[mu-
3 tuũ dãtes.] &c.†ꝓ nihil dẽt inde sperare. qd intellige de spe lucri,vt seqtur.Nam euitare posset debitor vniuersitatis etiã ex pacto collectas: ad quas interim vniuersitati tenebat, sm̃ Gui.q hoc no.in Spec.eo.ti.in fi.Sed dicit Io. An.distinguendũ inter certa,& incerta.ad hoc.j̃.e.c.fi.¶Quintò no.†ꝓ ma-
4 la intentio obligat quẽ in foro cõscię ad restõnẽ eius,qd malè accepit.vtrũ aũt obligetur in foro iudiciali, dicam statim.
5 ¶Quæro ergo,vtrũ† vsurarius mẽtalis teneat ad restõnẽ: ita ꝓ posit cogi.gl.fi. tenet hic,ꝓ non: licèt.n.sit vsurarius mutuans principaliter spe vsurę:nõ tm̃ tenet restituere plus q̃ sit receptũ:nisi aliqd faciat,pp qd debitor necessar.ò id dare cogat:puta negãdo ,progationẽ termini:vel recipiendo cautionẽ maioris summæ. & sm̃ hoc non nocet vsura mẽtalis: sicut nec simonia mentalis quò ad restitutionẽ: sed p pœnitentiã abolet.alij dicunt, ꝓ semp tenet restituere: ex quò principaliter ducit illa intentione.quare aũt aliud in simonia, q̃ in vsura,no.Ioa.An.s̃.de simo.c.fi.& qd dr̃,vsurã mentalẽ non obligare ad restõnem:posset esse verũ, qm̃ secundariò,& nõ principaliter ponebãt spes in lucro.& sic intelligit Io.An.qd not. hic Gof.& Hosti.in summa huius tit.post prin.& plenius per Io.An.in reg. pctm̃. de reg.iur. li.6. in primo articulo qõnis. & vide qd no.Ray.in summa huius ti.ver.sed nunqd volũtas. Ex p̃dictis infertur sm̃ Ho. ꝓ si is, contra quem agitur in iudicio contentioso, cõfiteatur suam prauã intentionem: si qd petebat,vt verè vsurarium: pp iniustam petitionem absoluet reus:nisi pp animæ periculum dicat hic aliqd spãle. ad quod s̃.de iudi.c.dilecti.Sed si petebat, vt quasi vsurariũ iniustè,& contra salutẽ aĩæ receptũ,fiet condẽnatio,sm̃ Host.& j̃.dicta
6 faciunt ad quæstionem, quã de facto habui hic Sen.† qdã curialis vir mutuabat multas pecunias suas gratis sine aliqua pactione vsurarum. debitores isti tpe solutionis dabant pro maiori parte sibi aliquid vltra sortem,& ex hoc satis lucrabatur:contra istum eps,tanq̃ contra vsurarium, inqsiuit:quærit an ex hoc vsurarius sit cẽsendus,vel quasi. colligo ex p̃dictis.
7 ¶Quæro. † vtrùm testator posit inducere vsuras in testamẽto.Bar.dicit,quòd non in l.fi.ff.de his,quæ pœ.no.& probatur in l.3.§.fi.ff. de annu.lega.

S V M M Æ.

1 *Appellandi beneficium denegatur manifesto vsurario.*
2 *Appellatio denegatur prædoni manifesto.*

1 QVam perniciosum. Not.† primò, quòd manifesto vsurario denegãt bñficium appellandi. & hoc intellige,cum dicit se vsurarium non esse,vel ne corrigatur,sm̃ Host.dicit Inno.ꝓ audiret appellans à sñia.dicit tñ,ꝓ alij dicunt contrarium. qd durum est sentire:licèt.n. notoriũ sit aliquem exercuisse vsuras:non tm̃ est notorium, ꝓ cũ Petro,vel Martino. dicere,ꝓ istis agentibus condẽnatus nõ valeat appellare: non vr̃ verum. qa iura ,phibent appellare sup eo, quod est notorium. quia hoc non est respectu Titij, vel Martini:sed in gne.& hoc sentit glo. operabit ergo notoriũ, quod dicit Host. & procedetur sine strepitu, & figura iudicij in cle. dispendiosam. de iudi. ¶Oppo. appellatio est defensio.quod patet:quia non negatur excõicato.vt s̃. de excep.c. significarunt.Item est iuris beneficium, vt l.1.ff.de appel.ergo nemini est negandum,etiam prædoni.de resti.spoli.ca.in
2 literis. Sed dic, † quòd manifesto p̃doni negaretur appella-

tio:sicut vsurario.de app.c.cum sit.in fi. Nõ ob.ꝓ appellatio sit defensio:qa est defensio iuris positiui, q̃ bene pt à iure ,phiberi,vt dixi s̃.de adul. c.intelleximus.

S V M M Æ.

1 *Obligatus inefficaciter põt petere liberari à tali obligatione.*
2 *Iudex secularis põt cognoscere de causa vsurarum.*
3 *Iudæi sunt etiam de foro ecclesiastico.*

POst miserabilem, Per subtractionẽ cõmunionis Christianorũ cogit Ecclesia Iudęos ad remittendas vsuras.& cõtra Iudæos vsurarios duplicẽ ,puisionẽ ponit.scda ibi[& donec.]¶No.j. † ꝓ ille,q est iefficaciter
1 obligatus,pt petere liberari à tali obligatione a:cõpetit ergo exceptio,& actio,vt libereur. facit l. sm̃ contendat. & qd ibi
2 no.ff.de fideiuf.sic & qm̃q; agitur,vt qs reponat se in pristinã obligationẽ,vt l.si qs accepto.ff.de cond.ind.¶Scdò not.† ꝓ de cã vsurarum cognoscit iudex secularis.concor. j̃. c.quanto.& hoc est verum,qm̃ agitur de vsuris tanq̃ solutis indebitè: vel vt promissio remittatur. vt hic. vbi verò agitur de eis,vt de pctõ:vel dubitatur,an sit vsura,vel contractus vsurarius: tunc spectat cognitio ad iudicẽ ecclesiasticum,vt no.Pau.de Leaza.in cle.dispendiosam.de iud.& per Bar.in l.Titia.ff.sol. ma.& dixi in c.tua.de or.co.gl.s̃.de iureiu.c.ex lr̃is.dicit cãm vsurarum esse quasi spũalem. q̃ gl.non approbatur,qm̃ usuræ repetuntur,vt indebitæ.vide quod no.Io.j̃.eo.c.j.li.6.¶Ter-
3 tiò no.† ꝓ Iudæi sunt ẽt de foro ecclesiastico. & exercet ĩ eos censuram indirectè,priuando ipsos cõione fideliũ.& de hoc cuius fori sint Iudæi,& alii infideles.dic,vt s̃.de uoto.c.quod super.& de hoc etiam hic in gl.fi.

ADDITIO.

a & A tali obligatione.Vide Pan.in c.cum dilecta.s̃.de confir. utili. & Ancha.in c.gemma.s̃ de sponsali.& faciunt notata per Bal.in l.iudex.de his qui sunt iuri.

S V M M Æ.

1 *Iuramentum non confirmat contractum à iure reprobatum.*
2 *Vsuræ licèt remittantur vsurario: non liberatur ex tali remissione sine reali satisfactione.*
3 *Pactum de non repetendo vsuras non tuetur usurarium.*
4 *Verba[promittit non facere qõnem: non mouere controuersiam: uel non mouere litem]quo intelligantur.*

TVas. Vsurarius,qui fecit debitorem iurare de soluendis,& non repetẽdis usuris, ecclesiastica censura compellitur ab exactione desistere,& perceptas restituere.h.d.cõis diuisio.secũda ibi [nos
1 igitur.] ¶No.j.† ꝓ iurm̃ non confirmat contractum à iure reprobatum.quod dic vt l.non dubium.C.de legi. ¶Secun-
2 dò no.ꝓ ista Decr.probat† ꝓ si vsurario remittuntur vsuræ: non liberatur ex tali remissione sine reali satisfactione:idem est.n.remittere,quod facere pactum de non petendo. quod hic ,phibetur.qd dic,vt dixi s̃.c.cũ tu.& iste tex. quò ad hoc vr̃ intelligi,qm̃ in ipso contractu mutui sic conuenit. ex postfacto autem vr̃ talis remissio valere.quod dic,vt ibi.¶Tertiò
3 no.† ꝓ pactum de non repetendo vsuras, non tuetur usurarium:qm̃q; alias cautelas inueniunt, ne ad restitutionem cogantur,q̃ eis non prosunt, postquam constat de fraude p ,pbabiles coniecturas,ar.hic, & in eo, quod le.& no.de emp.& ven.c.ad nostram.& de pig.c.illo vos.remittit Host. ad summam.e.ti.§.qualiter contractus.hodie etiam additum est ad ipsorum cautelas conuincendas: vt cogantur tradere libros
4 rationum p cle.j.e.ti.¶Vltimò no.quod dicit tex.† [,pmittit non facere qõnem.]qualiter hoc intelligatur.& quid si ,pmittat non mouere controuersiam:vel non mouere litem:vel nõ contrauenire:vel non petere. quid importent ista uerba. dic per Bar.in l.amplius.ff.rem ra.ha.

S V M M Æ.

1 *Violans legem generalem,inuocare non debet auxilium alterius legis generalis.*
2 *Exceptio usurarum receptarum ab eo, contra quem agit, non solum obstat usurario:sed etiam à quocunque.*
Et est talis exceptio declinatoria.nu.4.
3 *Audientia aliena aliqñ prohibetur:& an possit denegari reo.*
5 *Vsurarius non prohibetur impetrare:sed non debet audiri,donec usuras restituat.*
Et quid si non apparet,qui ab eo repetat.nu.6.

QVia frustra Non auditur vsurarius per rescriptum impetratum super recuperãdis vsuris,quas alteri soluit:nisi prius restituat,quas extorsit: & ponit statutum,cuius causam præmittit. ¶No.primò regulam, ꝓ fruſtra legis auxilium inuocat. &c. de quo in gl.j.super qua
1 dicit Io.An.post† Vin.ꝓ violans legem generalem, inuocare non debet auxilium alterius legis generalis.& sic loquitur l. auxilium.Sed talis bene poterit defendere ex lege singulari, vel priuata,vel priuilegio:nisi tale sit priuilegium,quod tollatur per offensam iuris communis.C.vbi de crimi. agi oportet. Auth.qua in prouincia. de hoc an peccans in vna l. perdat illius beneficium,& alterius.dic ut no.In.s̃.de adul.c.in-
2 telleximus.¶Secundò no.† ꝓ non solum obstat vsurario exceptio usurarum receptarum ab eo,contra quem agit:sed ẽt à quocũque.& est fi.usurarius illi, qui impetrat ius iniquum, qui debet uti eodem iure non solùm cum illo, contra quem impetrauit:sed etiam cõtra omnes,vt l.3.§.j.ff.quod quisq;. In hoc ergo istud edictum de usuris est simile illi edicto. ex hoc ergo patet,ꝓ excludit quis agentem ex iure non sibi,sed tertio competenti.quod quando sit verum. dic per Compo. s̃.de rescrip.c.mandatum.& l.cum seruum. de seruis fugi. &
3 quod no.Innoc.in c.vltim.de loca.¶Tertiò no. † quòd prohibetur quandoque aliena audientia.& loquitur tex. in actore.an autem reo posset audientia denegari:non videtur;quia defensio nemini est neganda, ut l.defensionis facultas. C. de iure fisc.& clemen.pastoralis. de re iudi.Sed certè imò propter delictum etiam reo audientia denegatur, vt l.sed si per prætor m.§.sed cum ex edicto.ff.ex qui.cau.ma. de hoc dic vt d.c.intelleximus.ubi dixi.facit c.ad abolendam. §.q verò.
4 s̃.de hære.& per Bar.in disputatione. incip. Statuto ciuitatis cauetur,ꝓ fœnerator &c.& pondera istud verbum [non audiatur.]&c.† colligo enim ex hoc, ꝓ ista exceptio est declinatoria.ergo debet opponi ante litem conte.vt C.de procur. l.ita demum.& s̃.de re iud.cap.inter mona. & dicit hic Ioan. And.ꝓ probari debet intra octo dies.ar.de excep. c.pia. & de sen.exc.c.solet.li.6.Si ergo haberet longiorem tractũ: nõ haberet impedire petitionem usurarum, quarum causa liqda est.C.de compen.l.fi.ad hoc alle.Goff.de app. c.constitutus. 2.de accu.c.accedens. reseruetur ergo in directam probationem,& petitionem,quod per modum exceptionis tunc non probatur,vt ibi.& de neg.ge.l.si autem.§.si quocunque. dicit etiam, ꝓ istam exceptionem non posset opponere extraneus:sed solùm ille,contra quem est facta impetratio. ad tertium enim non extenditur beneficium rescripti.s̃.de offi-
5 dele.c.P.& G.¶Quartò no.ꝓ† vsurarius non prohibetur impetrare,sed non debet audiri,donec usuras restituat.non ergo sunt literę nullę à prin.& hoc probat illud c. & no.gl.hoc in fi.non ergo opp.hæc exceptio in uim subreptionis contra rescriptum:sed solũ in uim dilatorię ad impediendũ proces-

ſum delegati. nã ſi opponeretur in vim ſubreptionis, delegatus pronunciaret procedendum non eſſe, vt ſupra de reſcrip.c. ſuper literis. ſed hic pronunciat impetrantem non audiri:niſi prius ac. q.d.reſtitutione facta audiatur. & ita ſentit gloſ.fi.in fi.¶Oppo.dicitur hic, quòd vſurario propter delictum denegatur executio iuris proprij,contra.4. q.6.c.omnibus.& de reſti.ſpo.c.item cum quis.vbi dicitur, quòd criminis obiectu ciuilis actio non retardatur. So. illud generale: hoc ſpeciale in odium criminis.vel ſecundùm Vinc.vſuræ repetuntur propter crimen,cum omni iure indebitæ ſint, vt ſ. eo.c.3.& dixi in rub.licèt detur ciuilis actio condictione imped.vel ſine cauſa : vel ex l. nec eſt ibi neceſſaria admonitio, ſecundùm eum.aduerte tamen, quòd licèt repellatur vſurarius:agẽs tamen auctoritate ſuperioris poſſet cogi reſtituere res illis,à quibus agens extorſit:& ſic exonerat à peccato. & ſic vtiliter gerant negotium illius vſurarij quò ad corpus, & animam.facit quod not.de iureiur.ca.ad noſtram. 2.ſuper glo. pe. per Io.An.& quod ip ſe no.ſ.de adul.c.intelleximus. ſuper glo.pe.ver.non tamen.cũ.n.poſſent repetere,quod ſoluit:multò fortius compenſare, ſi poſtea cõtra ipſum agatur. ff.de neg. geſt.l.ſi pupilli.liberant &c.ergo qui recepit vſuras ab vno,ſi ſoluit ipſius creditori iudicis auctoritate ,quæ excuſat,vt l.Paulo Callimacho.de leg.3. & dixi de pigno.c.ex literis.Iudex aũt iſto caſu(quando.ſ.reſtituit vſuras alteri,q̃ ſoluenti) faciat ſibi caueri ad ſuum ſenſum : quòd nullũ dãnum poſtea cõſequatur ab his, à quibus exegerat, ſecundùm Inn.

6 ¶Quærit glo.fi.† ſi aliquis non apparet, qui ab iſto vſurario impetrante repetat vſuras.rñ.quòd aut non apparet(quia eſt ſibi de vſuris ſatisfactum)& auditur agẽs.quia ſufficit remiſſio,vt dixi ſupra e.c.cum tu.& hic ſentit gl.Aut non apparet, quia eſt incertus:& tunc dicunt quidam, vt Io. & Tan.quòd debet fieri nunciatio in publicum:poſt quã ſi nullus apparet, audietur impetrans.tu dic,quòd aut nullus apparet (quia forte ſunt abſtẽtes) & tunc ſi ſperetur de reditu abſentis: cui debet,conſignabitur,& deponetur. vt l.acceptam. C. de vſuris. Si autem non apparet,quia ſit incertus: tunc debet pauperibus erogari.ſi aũt ſcitur ille , à quo exactio facta eſt:ſed negligit,& cõtẽnit recipere:audietur impetrans , ſecundùm Io. An.dicit ẽt hic gl.quòd ẽt nemine opponente , iudex poteſt repellere vſurarium manifeſtum , exemplo Dñi 3.q.7.c.qui ſine.ſi autem eſſet occultus,& de vſur.non diffamatus, iudex non poſſet repellere ex officio.quod dic,vt hic per Hoſt.

S V M M Æ.

1 *Vſurarij manifeſti, etiam nemine accuſante, per pœnam Lateranenſis Concilij ab ordinario compelluntur.& nu. 2.*
3 *Iudex poteſt procedere per inquiſitionem ad commodum priuati.*
4 *Argumenta ſufficiunt quandoq; ad condemnationem alicuius.*
5 *Conſtitutio inferioris non poteſt tollere legem ſuperioris.*

1 CVm in diœceſi. †Manifeſti vſurarij (etiam nemine accuſante) per pœnam Lateran. concilij ab ordinario compelluntur.communis diuiſio.ſecunda ibi[fraternitati.]¶No.primò,ꝙ qũq; contra delinquentẽ non apparet accuſator : quia regulariter nemo cogitur accuſare. vt ff.e.l.cũ q̃s.& hoc contingit.ſ.qñ non apparet accuſator, &c. propter potentiã delinquentis:quo caſu dicit Specu. fratrem occiſi cogendum accuſare: qñ videlicet ꝑ hanc cãm non apparet accuſator.de hoc in ſpe.de accuſa.§.1. ver. qd ſi nullus

2 audet.†In caſu ergo c. quando notorium eſt aliquem vſuras extorſiſſe,& ſoluentẽ non audere repetere propter potentiã creditoris:tunc enim nullo denunciante, iudex cõpellet vſurarium ad reſtitutionem:quia nõ admittitur pctm &c. ſ. e.c.

3 cum tu. ¶Secdò no.†ꝙ iudex ꝓcedit ꝑ inquiſitionẽ ad cõmodũ priuati.quod an ſit verum, dic per Inn.ſ.de iureiurã.c.ad

4 noſtram 2.ubi de hoc.¶Tertiò no. †ꝙ argumenta ſufficiunt qñq; ad condemnationem alicuius.quod dic,vt l.fi.ff.de quæſtio.per Bar.quæ aũt argumenta ſint iſta.dicit gl. ꝙ fama cũ alijs adminiculis:quia per ſeipſam non ſufficit.ar.no. ſ.de teſti.c.ueniens.& c.præterea.erunt autem adminicula , ſecũdũ Io. An.ſi uendit ad terminum,plus quàm in præſenti, ut ſ.e. c.in ciuitate.& c.conſuluit.uel ſi facit emptionẽ ſub ea cõditione,ꝙ rem emptã emptor reſtituere teneatur, euicto ꝑtio : uel fructibus ſibi retentis. ſ.de emp.& uen.c.ad nrãm.uel q̃a apparent uſurarum inſtrã:vel mẽſam tenet paratã ad fœnus exercẽdum, ſcdm In.uel quia conſtat,ꝙ aliàs publicè renunciauit uſuris:vnde nunc facilius conuincitur.ſ.e.c.q̃ periculo ſum.Ho.remittit ad ſummã.eo.ti. §.qualiter contractus.& vide,quod no.24.q.2.c.ſanè.2.in gl.ſed quid.ubi no.ꝙ nõ ſufficit cautio.vſurarũ ĩ ſcrinio alicuius reperiri, ad hoc ut excõi

5 cari poſſit,ſi fuit occultus.& uide quod no.ỹ.e.c.j.li.6. in gl. manifeſti.& c.2.in gl.3.¶Extra quæro, vtrùm ualeat†cõſtitutio epi,qua ſtatuitur,ꝙ ꝑ unum teſtem de ueritate, uel tres de fama,uel 4.ſingulares:uel ꝑ confeſsionẽ ex iudicium factã corã quocunq; presbytero poſſit quis conuinci de crie uſurarum:ita ꝙ ex tali probatione habeatur ꝓ manifeſto uſurario quò ad oẽm effectum manifeſti uſurarii . & uĩ,ꝙ nõ ualeat,quia eſt contra ius cõe:quo cauetur,ꝙ talibus probationibus non ſit plenè credendum.de teſti.c.licèt. & c.tam literis.de exceſ.prælato. c.q̃ ſit graue.certum eſt autem,ꝙ inferior non tollit legem ſuperioris.21.di.c.inferior.ad hoc facit quod no.de hære.c.vlt.lib.6.Item eſt tex.in c.2.in cle.ubi dr̃,ꝙ minor leges ſuperiores tollere non poteſt : nec corrigere,vel mutare:modificare,uel addere .ſed in caſibus præmiſſis eſt tollere totaliter.ad quod facit,quod no.de iureiur.c.uenientes.præterea epiſcopus iurat ſeruare conſtitutiones , & iura.de iureiur. cap. ego. & alibi dicitur, quòd ſunt debitores,quos oportet omnes ſacros canones cuſtodire. 9. quæſt. 3.c.cum ſumus.in prin.& ad literam facit 25.q.2. c. inſtitutio.& alibi dicitur,quòd uiolatores canonum à ſancto ſpiritu iudicantur.eo.ti.c.uiolatores. preterea canon præcipit ſta tuta Romanorum Pontificum ab omnibus cuſtodiri debere 19.q.j.c.nulli.22.di.c.2. qua ergo temeritate epiſcopi poterunt non ſeruare : vel de non ſeruando conſtitutionem facere,cum contra tales pœnam depoſitionis canon comminetur,ut ibi ?.præterea uidetur caſus . ff.com. præ. l. ſi uendito. in fin. & C.de nox.l.2.de ſepul.uio.l.3.ubi dicit [oportet Imperialia ſtatuta in omni loco ſuam uim obtinere.]ad hoc de aqua plu.ar.l.ſi prius.§.Plautius.& quod no.de loca.c.j.in gl.3.in fi.præterea qua ratione poſſit unus epiſcopus per tales conſtitutiones ſubuertere ius commune , eadem ratione alius,& alius.& ſic fruſtra fierent conſtitutiones Papæ . ſed hoc ſentire modicũ differt ab hæreſi.22.di.c.j. & de conſti.c. j.li.6.in glo.non enim reuocat. ver. & ſi contrarium diceremus.pro hac parte faciunt omnia iura,quæ damnant cõſuetudines,& ſtatuta contra iura diſponentia: quæ enumerãtur in d.cap.j.lib.6.præterea conſuetudines,& ſtatuta ſunt paria quò ad effectum:& de uno ad aliud licet arguere. ff.de legi.l. de quibus.& C.quæ ſit lon.conſue.l.j. Sed conſuetudo contra legem non valet:niſi ſit inducta ex certa ſcientia eius,qui illam legem poſſet expreſsè tollere in illo loco : ut colligitur in d.l.de quibus.in fi.& ita ſentit Ber.de conſue. c.fi. & In.& Compoſt.de conſue.ſuper rub.præterea iura uoluerunt ſtari teſtibus ſingularibus:uel uni teſti tm̃:ſiue famæ tm̃, uel preſbytero:ne innocentia confuſa ſuccumbat . ad quod facit de ſimo.c.licèt Heli.in fi.& ne aduerſariorum inſidiis pateat.2. q.j.c.manifeſtarum.& cum de iure diuino ſaltem duo teſtes requirantur:quomodo poteſt per talia ſtatuta derogari iuri poſitiuo,& diuino?& hanc partem.ſ.ꝙ epiſcopus non poſſit facere legem in ꝓiudicium alterius,qui nõ cõſentit,tenet In. de loc.c.2.& de of.lo.c.ult.al.de of.ꝓſi.Ori.l.2.& facit qd ipe

no.

no.de conſti. c.q̃ in eccleſiarum. & ꝙ non poſsit tollere legẽ ſuperioris,licèt poſsit adiuuare, no.Ho.de offi.arch.ca.fin.& idem Pau.in Cle.2. in prin. de elec. vbi ſatis de hoc per eum. & idem ibi.Io.An.qui remittit ad glo.Ho. & Archi.de cõſec. di.3.c.1.in fi.& iſtam partẽ tenuit diſputando dominus Fed. de Sen.cc n.17.vbi plenè de hoc.

S V M M Æ.

1 *Caſus, in quo de re pignori obligata creditor lucratur fructus rerum non dotalium:ſed pro dote obligatarum.*
2 *Maritus quare lucretur fructus rei dotalis.*
3 *Dotem promittens, ſi eam non tradat, an poterit ſe obligare ex pacto ad certos denarios pro libra.*
4 *Hæredes mariti ſoluto matrimonio obligant mulieri prædium pro dote:an computabit mulier fructus in ſortem.*

SAlubriter. Maritus rei ſibi obligatæ ꝓ dote fructus non computat in ſortem.ponit dictum, & eius cauſam. ¶Nota primò , ꝙ quandoq; ſocer.i.pater vxoris tradit genero ſuo,vel promittit.an autem ex tali numeratione , vel promiſsione quæratur actio mulieri,vel ipſi ſocero.dic vt l.2.ſo.ma. & l.quoties.eo.

1 tit.& l.Gaius.¶Secũdò no.†caſum,in quo de re pignori obligata creditor lucratur fructus rerum non dotalium : ſed pro dote obligatarum.¶Quartò not.rationẽ , quare maritus lucratur fructus rei dotalis.ſ.propter onera matrimonij, vt l.ꝓ oneribus.C. de iure do. & ff.eo.tit.l.dotis fructus. & intelligo hunc tex.quando maritus ſuſtinet onera matrimonij; qa alit vxorem:ſecus vbi non alit : quia tunc non lucraretur fructus rei obligatæ pro dote:ſicut etiam nec fructus poſſeſsionum dotalium , vt l.inſulam.§.vſuras. ff.ſo.ma.& l.cum poſt. ff de iure do.& de excep.doli.l.pe. ¶Quærit Ioan. An.tex.iſte loquitur in loco pecuniæ promiſſæ in dotem : traditur fundus pignori : ita quòd fructus , qui ex re pignorata proueniunt,

3 vir lucratur:†quid ergo ſi ille, qui dotem promiſit (quia non tradit pecuniam ſic promiſſam) obligat ſe ex pacto ad certos denarios pro libra.dicit Io.An.quod quidam dicunt hoc licitè fieri.oſtendant tex.ſed alium in materia non habemus, quàm iſtum.& iſte non facit: quia loquitur in fructu ſubmiſſo Dei iudicio.Non ob.ratio,quę ſequitur:cui rñdet per Decre.per noſtras.in fi.de dona.inter vi.& vxo.ita dicit ipſe.Sed contra facit,quod dixi.ſupra eo.c.conqueſtus. vbi glo.tenet, quòd ſi venditori pretium non ſoluatur: poteſt petere vſuras non vt vſuras: ſed vt intereſſe. quod intereſſe magis verſatur in iſto contractu dotis: vt vir ſubeat onera matrimonij. credo ergo,quòd ſi maritus eſſet mercator , & diligens,& fuiſſet veroſimilè lucratus cum illa pecunia:vel emiſſet ex ea fundum tanti redditus:quòd non ſoluens ſibi dotem in termino teneatur ad illud intereſſe, arg.not.per Cy.in Aut.ad hoc.C. eo.ti.& hoc dicit Doctor meus. D.Pe.de Peru. idẽ tamen D.

4 Io.Cal.¶Secundò quærit Ioa. An.eõuerſo ad tex.pone † ſoluto matrimonio.hæredes mariti obligant mulieri prædium pro dote:nunquid computabit mulier fructus in ſortẽ. dicit Inn. quòd ſic.& idem Hoſt.inducens.ff.de ſolutio.l.Titia.& ff.qui ex cau.in pol.ea.l.Fulcinius 1.rñſo.& de ven.in poſ.mit.l.1.§. fi. Sit ergo mulier cauta : ne pro dote conſiſtente in pecunia recipiat titulo pignoris:ſed facit ipſam diſtrahi, vel in ſolutum ſibi tradi.ff. de re iudi.l.à diuo. aliàs fructus extenuarẽt ſortem.ſupra eo.c.1.ita dicit Io.An.aduerte,quia de re ciuili ſi mulieri ſolu.ma non ſoluatur dos,poteſt petere vſuras, vt l.vnica.§.exactio. C.rem alie. gere.reuocat ergo ibi Cy.in dubiũ.an ille.§.ſit correctus, & refert ibi Dy. tenuiſſe, quòd non poteſt hodie,vt dicitur in d.§.ſed petet,quantum eſt veroſimile eam percepiſſe,& exinde ſe habuiſſe quaſi vt intereſſe , non vt vſuram : non ſic in alio creditore in diem; quia in eo videtur potius vſura.nam, cum dos ſit proprium patrimonium mulieris , vt ff.de mino.l.3.§.ſed vtrùm.videtur , quòd magis debeat deſeruire oneribus matrimonij, quàm ad debitũ:vt ſicut cõſtante matrimonio dos ſeruit oneribus vtriuſq; ſcilicet viri & mulieris : ita ſoluto deſeruiat oneribus mulieris tantùm.alij dicunt,quòd debeatur hodie vſura,vt dicit ille.§.quia cum iſtę vſurę veniant in pœnam mariti,& quodãmodo ratione cuiuſdam delicti,debẽtur, ſicut & aliæ pęnæ legales.quæ pro delictis, vel quaſi à iure imponuntur , vt C.de vſur.Aut. ad hoc.ita dicit in d.§.exactio.in 2. q.& ibi not. an intra annum,quo hæredes viri non tenentur dotem reſtituere,quæ conſiſtat in pecunia,vel rebus mobilibus , teneantur vxorem alere:ſi non habet vnde ſe aliunde alat . dic vt ibi.& & hic tangit Io.An.

S V M M Æ.

1 *Laicus poteſt impetrare literas contra laicum, ſi ſunt de foro eccleſiæ.*
2 *Hæres poteſt repetere vſuras,quas ſoluit defunctus.*
3 *Exceptio, quæ habebat excludere defunctum ab agendo, excludit ẽt eius hæredem.*
4 *Clauſula[attentius prouiſurus &c.]in literis quid operetur.*
5 *Hæres impetrans literas, non facta mentione de patre,an poſſit repelli ex eius perſona.*
6 *Exceptio vſurarum an obſtabit illi, qui exrorſit pecunias nomine alieno, tanquam inſtitor:ſi ipſe nunc agat nomine proprio nu.7.*

MIchael. Idem dicit, quod c. quia fruſtra. ſupra e. primò ponit partis querelam.ſecunda ibi[attentius] clauſulam,quam ſtylus curiæ ponit in literis,q̃ impetrantur ad has vſuras.¶No.

1 primò,† quòd laicus literas contra laicum impetrauit. & eſt ratio,quia erat de foro eccleſiæ. ſ.vſurarum. aliàs contra ſupra de app.c.ſi duobus.& c.cum ſit generale. de ſo.compe,

2 ¶Secundò no.† quòd hæres poteſt repetere vſuras,quas ſoluit defunctus.& econuerſo tenetur reddere , quas defunctus extorſit. tranſit ergo in hæredem , & contra hæredem petitio vſurarum:ſicut ceteræ actiones , vt l.1.C.vt ac.ab hæro.&

3 contra hære.¶Tertiò no.†quòd exceptio,quæ habebat defunctum excludere ab agẽdo, excludit etiam eius hæredem; quia eſt exceptio, quæ cohærret rei.i.reſtitutioni vſurarũ. exceptio verò perſonalis excluſiua defuncti, vt excommunicationis,& ſi.non tm̃ fit cõtra hæredem. & hoc eſt, ꝙ dicimus, quòd quædam ſunt vitia realia: quædã perſonalia , vt l.vitia. de acqui.poſ.ſic & in priui.vt l.quia priuilegium.ff.ſol.mat. ¶No. quartò text.dum dicit [ne in negotio ipſo procedas] &c. quòd iſta exceptio impedit ꝓceſſum. & ſic eſt dilatoria: ideò ante litem conte.opponenda.vt not.hic Io.Andre.& ſupra eo.c.quia fruſtra.¶Quintò no. † clauſulam[attentius ꝓ

4 uiſurus]&c.quæ ſemper in literis conſueuit apponi , quando ſuper reſtitutione vſurarum impetratur. & hoc verum regulariter. fallit cum rector impetrat nomine eccleſiæ [velictum enim perſonę]&c.de hoc in ſpe.de reſcrip.pñ. §.ratione formæ.ver.circa materiam.¶Sextò no.ex eodem tex.dum dicit [auctoritate noſtra.]quaſi innuat, quòd auctoritate ordinaria:ita quòd licet non poſſent lit.conte.audiri.vigore delegatæ iuriſdictionis,ceſſante tunc poteſtate reconueniendi:tamẽ poſſent vigore ordinarię : ſed tamen ſupple ad tex. maximè. & conclude,quòd ordinario auctoritate Papę cauſa delegat: q̃ eſt de eius iuriſdictione ordinaria : quo caſu quid iuris de tali commiſsione.d.c vt ſupra de of.or.c.licet.¶Quærit glo. iſte tex.dicit,quòd agens fecit mentionem de pre ſuo in impetratione:iõ repellit ex pñtia eius , niſi reſtituat vſuras:quas

5 pr̃ extorſit.†pone ergo, ꝙ de pre non fecit in literis mentionem:an repelletur ex perſona eius: tenet, quòd ſic , etiam ſi petat ꝓpriũ debitũ,poſtq̃ eſt hęres pr̃is.cũ.n.poſſent tunc ab eo vſurę repeti,vt.ſ.c.cõqueſtus.multò magis excipi.vt l.1.§. cui damus.ff. de ſupſi.Nõ.ob. ꝙ delictũ defuncti nõ nocet hęredi:qa vſuræ nõ repetũt rõne delicti. ſed cõdictiõe indebiti ex quaſi cõtractu.ita dicit gl.quã bñ no. qa ſm eã nõ ꝓcedit

quod dictum est in multis, ꝙ in illo crimine usurarum hære
des teneantur ex delicto defuncti.non enim tenentur ex deli
cto.sed ex quasi contractu. Intellige ergo,siue filius agat ex
persona pr̃is,siue ex propria : dummõ sit hr̃s pr̃is, obstat si-
bi talis exceptio:siue ẽt bona empta de pecunia usuraria ꝑ-
uenerint ad eũ:aliàs contra.C.de don.l.si pr̃i. scd̃m Io.And.
6 ¶Vltimò q̃rit gl.† si quis extorsit pecunias noĩe alieno,fortè
tanq̃ institor:agenti noĩe proprio obstabit talis exceptio. gl.
tenet,ꝙ non.de hoc no.46.di.c.si quis non suo. pro glo. facit
s̃.de pecu.cle.c.pe.& hoc placet hic In.& Ho. arguit ex l.j.§.
cum procurator.ff.de ui,& ui ar.& de sen.ex.c.mulieres.Ho.
tñ alibi dicit istũ teneri in subsidiũ.s.illo, pro quo fuit extor-
ta,non existente soluendo.ita no.in sum.huius ti.§. fi.& Gof.
in summa.huius titu.§.item.quid si quis agat ad usuras noĩe
alieno:an obstabit exceptio, ꝙ sit usurarius, & extorsit usu-
ras noĩe proprio.dic, ut no.Gui.de rescrip. c.præsen.& facit
7 quod no.de ord.cog.c.cũ dilectus.& de procu.c.fi.† Et colli-
ge ex prædictis distinctionẽ,vtrũ agenti ad restõnem obstet
exceptio,ꝙ ipse,vel pr̃ eius fuerit usurarius.nam aut ipse est
vsurarius:& non p̃t repetere usuras,q̃ ab eo sunt extortæ:ni-
si restituat, quas extorsit.aut opponitur exceptio ex persona
patris.& tunc aut est hæres eius:& obstat,siue agat ex ꝑsona
propria,siue pr̃is.& idẽ si bona empta de pecunia usuraria ꝑ
uenerint ad eũ.aut agit ex persona propria.& opponitur ex-
ceptio de vsuris extortis ab eo,noĩe alieno : & non p̃t nisi in
subsidium,vt s̃.dixi.aut econuerso agit noĩe alieno, & oppo
nitur de usuris extortis noĩe proprio.& tunc aut est ep̃us, &
agit nomine ecclesiæ:& non potest,vt dixi in quinto notabi-
li.& ita habes materiam istam.

SVMMAE.

1 *Coerctio Christianorum à delictis non debet cedere commodo Iudeorum.*
2 *Vsuræ exhauriunt hoĩum facultates:& deducunt ad paupertatem.*
3 *Sensus contrarius non sumitur ex lege, uel constitutione, ubi resultat absonus intellectus.*
4 *Vsura prohibetur, maximè immoderata.*
Vsura quæ dicatur immoderata.
5 *Iudei aliis pœnis coercentur, quàm Christiani, si mutuant ad usuras. de quibus hic.*
6 *Iudei qualiter excommunicentur.*
7 *Iudei coguntur ad solutionem decimarum, & oblationum, quas Christiani consueuerunt soluere de possessionibus, & domibus Iudeis nouiter acquisitis.*
8 *Iudei sunt capaces dominiorum, & possessionum.*

QVanto. Iudei (quia Christianis graues vsuras extorquẽt:vel de suis domibus,vel possessionibus decimas, & oblationes non soluerunt ecclesiis.)priuantur Christianorum commer-
1 cio.& sunt duo dicta.scd̃m ibi[hac eadem.] ¶No.j.† ꝙ coer
ctio Christianorum à delictis, non debet cedere commodo
Iudeorum:quia pœna vnius solet pœna esse alterius,non pre
2 bere audaciã delinquendi,ut C.ad leg.Iul.re.l.j.¶† Secundò
no.ꝙ vsuræ exhauriunt hoĩum facultates: ita ꝙ deducunt ad
paupertatem.& ista est vna de causis prohibitionis.no. s̃.eo.
in rub.vnde qui habent pecunias ad vsuras, possunt allegari
suspecti,tanq̃ labantur facultatibus,vt no.in l.2.ff.sol. matri.
quod no. ¶Tertiò no. ꝙ ista constitutio prohibet exigi usu-
ras immoderatas. à contrario ergo sensu permittit mode-
3 ratas:cuius contrarium no.glo. † quia ex lege, siue constitu-
tione contrarius sensus non sumitur,vbi resultat absonus in-
tellectus,vt l.conuenticula. C.de epi.& cleri.& l.2. de condi.
inser.& quod no.Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure, &
vide quod no.in cle.j.de vsuris.in gl.ꝙ si fiat statutum, quòd
non posit quis exigere nomine vsurarum vltra duos dena-
4 rios.¶Quartò not. † quòd prohibetur vsura, a maximè im-
a moderata.quæ autem dicatur immoderata.dic,ꝙ de iure ci-
uili qñq; possunt exigi vsuræ trientes:qñq; besses: quandoq;
semisses:quandoq; centesimæ. trientes ascendunt in anno ad
tertiam partem sortis,quæ est, puta 30. & exiguntur 10. &
sic de ceteris.vnde Io.An.ponit uer.
Illustris trinam bessem mercator habebit.
Omnes semissem, centesima sit tibi iuncta.
De hoc per Host.in summa.eod.tit.§.qualiter petantur. & l.
5 eos.C.de vsur.¶Quintò no. † quòd Iudei aliis pœnis coercẽ
tur,quàm Christiani,si mutuant sub usuris : Christiani enim
compescuntur pœnis, de quibus in c.quia in omnibus.s̃.eo.
Iudei verò pęnis hic not. & est ratio; quia illæ pœnę non ca-
dunt in eos:ideò ad alias deuenitur:siue à iure in alias com-
6 mutantur.tetigi s̃.de iud.c.postulasti. ¶Sextò no.† ꝙ pœna
est,hominum carere commercio.licèt ergo Iudei nõ posfint
excommunicari:quia nihil ad nos,&c.2.q.j. multi tamẽ per
ad pietatem : & facilè ducit ad idololatriam. dicit Hostien.
quòd quia astronomia diuinare docet : & diuinare regula
riter sonat in vitium,vt supra cap.proxim.& si plerunque ve
ritatem habeat : tamen peccatum est non minimum, sed
graue.vt sequitur.Item astrologi consyderant punctum,& si
gnum natiuitatis:& sub quo signo nata est: & punctum arre
ptionis itineris,vel introitus in locum:& punctum,in quo in
terrogantur. & per hoc,& similia, conantur diuinare futura.
quod Augu.& alij sancti patres expresè reprobant.26.q.2.
c.illud.2.q.3.c.1.& qō,5.c.non liceat.& q.8. c. antepenul. &
vlti.Et,vt dicit Gratianus.q.cā & q.2.§.his ita.in desuetudinē
abierunt:& meritò,cum sint sortilegi, qui ex quaruncunque
scripturarum inspectione futura promittunt.e.cā.& q.1.c vni
co.vsurpant.n.quod Dei est.vt.q.5.c.1.ff.de iudi.l.sed si resti
tuatur.§.fi.vnde scribitur actuum. 1.c.[Non est vestrum nosse
tempora,vel momēta.] &c.& Esaiæ. 16.[Annūtiate,quę futu
ra sunt:& sciemus,quia dij vos estis.] In lignis verò cædendis:
terris colendis:potionibus dandis:& similibus,licitum est cō
syderare solem,lunam,& temporis qualitatē,sed non superfti
tiosè:& vt credatur,necessitatis more : cum superiora sint si
gna rerum,non causæ.27.q.5.c.2.& ista obseruant nedū me
2 dici,sed experti coloni. ¶ Prosequitur hic diffusè Io.An.† de
scientia,& arte astronomiæ, vel astrologiæ an sint iure ciuili,
vel canonico reprobatæ:an pœna sint digni,qui exercent,vel
exquirunt iudicia sciētiæ.ad partem affirmatiuam inducitur
C.de malefi.l.& si excepta.& l.nullus haruspex.& l.nemo. cū
suis glo.ad idem.l.ita apud.§.si quis astrologus.ff. de iniurijs.
& 26.q.2.cap.illos planetarios.& c.se.ibi[stellarum cursus.]
&c.Item si esset licitum,esset in vsu:sicut & aliæ licitæ.ad par
tem negatiuam inducitur l. eorum. ibi [nullus.] &c. C.
de male. Item hæ scientiæ computantur inter artes libe
rales : quarum magistris præbetur immunitas. ff. de va. &
extra.cogni.l.1.in prin.& de va.mu.l.in honoribus.§. philoso
phus.ergo non pœna:quia ex eodem facto non reportat quis
præmium,& pœnam.C.de adul. l. Graccus. & de dona.inter
vir.& vxo.c.& si necesse.Item licitum est, effectus, & euentus
rerum pronunciare pro consyderatione causarum: sicut me
dici pronunciant mortem ex consyderatione ægritudinis, &
eius dispositione:sed corpora cœlestia, quæ consyderat astro
logus,sunt causa eorum,quæ fiunt in orbe,,vt dicit Dionisius
cap.de diuinis noibus.ergo iudicare,vel diuinare per illa non
3 est illicitum.Item,vt dicit philosophus primo Metha.† scien
tia humana ex experimentis sumit originem. sed per multa
experimenta cōpertum est,ex consyderatione syderū futura
posse nosci.26.q.4.c.sciendum.ergo iudicium licitum.so.ipse.
quò ad primū dicendū est,ꝙ scientia non est prohibita:sed de
secundo.s.de iudicijs scientiæ exercendis, seu exquirendis di
cit cum theologis,ꝙ licitum est per consyderationem astrorū
præcognoscere,& iudicare,quæ causantur ex corporibus cœ
lestibus:sicut ecclipsim:siccitatem:pluuiam,& hmōi.& per ta
le iudicium diuina prænosticare non est illicitū.& sic loquitur
l.eorum C. de male.ad quod bene facit,quod dicit Hiero. ad
Fabiolam.rōne cuncta sunt plena, & hærent terrena cœlestib.
imò rōne terrenorū,& tporū caloris,& frigoris: & inter vtrū
que tēperies de cœli cursu,& rōne descendit. sed si per consy
derationē astrorū velles cognoscere futuros casus,vel futuros
euentus:vel certitudinaliter futuras operationes hominū: vel
præteritas occultas:tunc operatio dæmonis se immiscet : &
tunc ex falsa,& varia opinione procedit superstitiosa, & illi
cita diuinatio.de tali patēter loquitur.§.si astrologus. ibi [fu
rem aliquem dixisse, qui non erat.]& c.non liceat.ibi[propp
ter segetes,vel arbores plantandas, vel cōiugia socianda.]
& l.multi.C.de malefi.ibi[vitas in socium] &c. probatur hoc
4 s̄.c.1.& 26.q.2.c.illud.& est ratio† quia corpora cœlestia nō
possunt esse per se causa operationū liberi arbitrij : bñ tū pos
sunt ad hoc dispositiuè inclinare:inquantum imprimūt in cor
pus humanum.& per consequens in vires sensitiuas: quę sunt
actus organorum corporalium:& quæ inclinant ad actus hu
manos:& quia vt plurimum homines has corporales passio
nes sequuntur : & sic actus disponit vt plurimum secundùm
has inclinationes cœlestium corporum.Ideo ex his astrologi
qñque vera produnt. sed certum est(& experimur)ꝙ contra
inclinationem cęlestium corporum homo potest operari per
rōnē,cui obediūt vires sensitiuę.vt ,pbat philosofus primo, &
tertio de anima.& facit de sacra vnc.c.vno.ver.in vertico.con
cluditur ergo,ꝙ is,quem corpus cœleste disponit esse gulo
sum,vel luxuriosum:submissus rationi sobrius,& continens es
se posset : & econtra. quare hoc velle constanter asserere ex

cra-

corporibus cœlestibus verè superstitiosum est. ita dicit Ioan.
5 An. ¶ Extra quæro † vtrùm sortilegia simplicia, vel etiam po
cula amatoria, vel propter conscientiam hostiam non conse-
cratam, vel consecratam sumere sapiant hæresim manifestã.
Oldra. de facto consultus dixit, ꝙ non, per illa verba apparet
hoc verum ex criminũ distinctione, & pœnarũ impositione.
primũ patet hic: quia hæc rub. ponitur separata à rubrica de
hæreticis. & patet in c. accusatus. §. sanè. de hæretic. li. 6. de se-
cundo habetur de cele. missa. c. ab homine. de tertio habetur.
ff. de pœnis. l. si quis aliqd. §. qui abortionis. imagines verò fa
cere ad amorem multum prouocandum magis vĩ superstitio
sum, ꝙ hæreticum: licèt hoc indubitanter, sĩ̃ Augu. li. 10. de ci
uitate Dei. ad demones pertineat ludificatores animarum sibi
subditarum: sicut etiam tradit sanctus Thomas de Aquino in
secunda secundæ. 96. di. in ti. de superstitionibus obseruantia
6 rũ. q. 2. † Dæmonia verò inuocare, & eis nefarias preces emit
tere, & funesta sacrificia offerre, et his celebrantibus eorũ re
sponsa exposcere, videntur hæresim sapere manifestã. 26. q.
4. c. igitur genus diuinationis. Sed circa hoc cõsydera, ꝙ actus
morales iudicantur ex fine intentionis. & ideò scribitur, ꝙ vo
luntas, & propositũ distinguunt maleficia. ff. ad l. Corne. de sic
ca. l. diuus. & ff. de fur. l. verum. vtrùm referat inuocare dæmo
nia: & eorum respõsa exposcere ad sciendũ. & hoc sapit hære
sim manifestam: quia creaturæ attribuitur, quod est propriũ
creatoris, iuxta illud Esaię. 41. Annunciate, q̃ futura sunt in fu
turum. & sciemus, quia dij estis vos.] an verò dæmones inuo-
centur ad tentandum pudicitiam mulieris: & tunc, quia inuo
cabitur diabolus ad id, quod est eius proprium, solet tentare.
vnde Saluator in Euangelio eum tentatorem vocat: tunc licet
hoc facere: licèt sit turpe, fœtidum, & peccatum mortale: tamẽ
non censetur hæresim sapere manifestam. & hoc procedit p
modum imperij, non adorationis. & vide quod no. in d. c. ac-
cusatus. per Io. Mo.

S V M M Æ.

1 *Tractatus debet præcedere electionem.*
2 *Compromissarij possunt eligere vnum ex seipsis, quando eis hoc expressè conceditur.*
3 *Sortilegi sunt infames.*
4 *Sortis iudicium an admittatur de iure ciuili.*

ECclesia Sors tm̃ in electionib. reꝑbatur, ꝙ
ẽt elector cõpromissariorũ p sor-
tẽ nõ debet assumi. in prima electio. In secda electio-
nis prosecutio: examinatio: & reprehẽsio, ibi [procuratorib.]
In tertia gratiosa cõfirmatio, & sortis prohibitio. ibi [electio-
nẽ.] ¶ No. primò, † ꝙ tractatus dẽt p̃cedere electionem, sicut
2 & alienationẽ. 12. q. 1. in fi. tractabitur. n. in qua forma conue
niatur ex his, quæ habentur. s̃. de elec. c. quia pp. nõ tm̃ añ ele
ctionẽ consentiet eligẽdus, vt. s̃. de elec. c. cũ post petita. ¶ Se
cundò no. ꝙ per formã cõpromissi nõ dẽt proced: nisi proce
dat de voluntate cõm. facit. s̃. de ele. c. quia pp. ¶ Tertiò not.
† ꝙ cõpromissarij pñt eligere vnũ ex seipsis: qñ eis hoc expſ-
2 sè conceditur. si autem simpliciter sunt assumpti: an tunc pos
sint. dic vt. s̃. de ele. c. cum in iure. ¶ Quartò no. ꝙ electores
mittunt ad curiam pro petẽda confirmatione. hodie verò ele
ctus dẽt venire p̃sonaliter: & duo de electoribus pro instruẽ
do negotio electionis. quod dic vt. j̃. de elec. c. cupientes. li. 6.
¶ Quintò not. ꝙ dicit tex. [non careat.] &c. & no. † de nota
3 infamiæ, cum sortilegi sint infames. de quo. j̃. c. 1. sed non cre
dit Ioan. An. ꝙ exercentes sortes, de quibus hic, sint infames.
hic. n. non loquitur de scientia sortilega: sed fortunæ, iudicio.
& aduerte, ꝙ licèt istæ sortes, q̃ cõsistũt in iudicio fortunę, sint
in electionibus reprobatæ: tamen Italici in electionibus suo-
rum præsidentium communiter ipsas obseruant per breuia,
taxillos, ballotas, & similia: vt sic videant, cui ex pluribus arri
det fortuna: quod & inter clericos admitti posset. vbi de reb.
temporalib. agitur. arg. 21. di. c. clericos. de præbẽ. c. cũ sm̃. In
electionibus autem ideo reprobatur: quia per illam posset in
dignior præfici. & est quoddam tentare Deum. ad hoc de pur
4 ga. vul. c. fi. ¶ † De iure autem ciu. li an admittatur iudiciũ sor
tis. distinguit Ioan. An. quòd si plures volentes admitti ad ali
quem actũ discordant, aut super facto, aut super iure. primo
casu dicenti incumbit probatio. ff. de proba. l. ei qui dicit. secũ
do casu refert: aut contrarietas respicit alienum præiudicium
tantùm: aut discordantium tantùm. primo casu iudex ad re-
quisitionem partis, cui præiudicat, cogit illos consentire, vt
ff. de leg. 1. l. huius. §. fi. & de lega. 2. l. cum filius. §. varijs. & sic
potest intelligi Insti. de satisd. tu. §. finautem. licèt quidam
dicant ibi speciale. si verò respicit præiudicium discordantium
tantùm: aut neuter illorum vult facere fortunam iudicem di-
scordiæ: & tunc inuicem se impediunt, vt l. 2. qui. mo. vsus. a-
mit. & l. quoties. de vsufruc. aut alter vult fortunæ iudicium:
& tunc iudex ad ipsius recusationem alterum cõpellat. vt. ff.
de iudi. l. si ambo. & communia de lo. l. si duobus. hęc vera, si
actus recipiat tale iudicium: aliàs secus, vt hic. vel hic ideo nõ
admittitur: quia tractatur non de eligentium præiudicio: sed
ecclesiæ. & sic concor. cum prædictis membris gl. in l. 1. C. vti
pos. dicit. n. ꝙ quando factũ est incertum, non est locus iudi-
cio sortis: sed tunc demum, cum factum est certum: sed ius in-
certum. contrarium sentit glo. in c. licet causam. s̃. de proba.
& vide quod no. in c. in nostra. de testi. de duobus petent. bus
vnam coniugem, & æqualiter probantibus, an sit locus iudi-
cio sortis.

De collusione detegenda.

QVIA is, qui colludit, committit falsitatem: q̃ a
aliud agit, aliud simulat: ideo &c. inquan-
tum colludens prẽuaricator habetur. de hoc
2. quæstio. 3. §. fin. facit de procura. cap. 2. in
fi. lib. 6. & cle. de elec. cap. constitutionem. §.
sanè.

S V M M Æ.

1 *Plures admittuntur ad accusationem alicuius.*
2 *Requisitor inter accusatorem & accusatum inducit iustam suspicionẽ fraudis.*
3 *Causarum genera plura sunt.*

SCripta, Si accusator ab accusatione desistit:
debet iudex inquirere, an per collu-
sionem hoc fecerit. primò narrat relatam amicitiam. se
cundò dicit inquisitionem necessariam. & concor. de elec. c.
1 prouida. li. 6. ¶ No. primò, † quòd plures admittuntur ad ac-
cusationem alicuius. intelligit enim gl. ꝙ isti erãt accusatores:
vel potest dici, ꝙ erant nunciatores. quod probat verbum
[quia verò nunciati facinoris.] &c. vel fortè hic vnus accusa-
bat: alter submittebat: & vterque incidit in turp. ff. ad Turpi.
l. 1. §. incidit. & sic potest intelligi. 2. q. 3. c. Epiphaniũ. & de
do. & cõtu. c. dilecti. & plenè de hoc. 2. q. 1. c. ĩ primis. & an de
beat iudex eligere idoneiorem, quãdo plures concurrunt. gl.
prima, ꝙ sic. de quo. j̃. de procura. c. si duo. li. 6. ¶ Secundò no.
ꝙ de collusione quæritur ex officio. & hoc verum, cum est in-
famatus: aliàs non inquiretur. de accu. c. qualiter. vel quia li-
te conte. non licet ab accusatione desistere. Ideò mandat in-
quiri de collusione: vt illos puniat. 2. q. 3. c. si quidem. & vide
2 in Spec. de aboli. §. 1. ver. quid si accusatus. circa hoc vide, q̃d
dixi s̃. de calũ. c. 1. ¶ Tertiò no. † ꝙ concordia inter accusato
rem, & accusatum inducit iustam suspicionem fraudis: licèt
enim concor. bona sit: non tm̃, si non integro animo fiat, sed
corrupto. de quo ĩ gl. 2. cui adde quod no. 1. q. 1. c. vide inqtũ.
¶ Quar-

¶ Quartò, & vltimò hic habetis gl. magistram, in quibus cau
3 sis possit interuenire transactio: & in quibus non. † ad cuius
euidentiam præmittit, quot sint genera causarum: nam quæ-
dam sunt spirituales. quædã ciuiles. quædam criminales. quę
dã mistæ. de hoc ẽt no. 2. q. 3. §. vltimo. in gl. scias. vbi etiã no.
in quib. criminibus liceat transigere, & in quibus nõ. de quo
per Inn. j̃. c. proximo. & per legistas in l. transigere. C. de trã-
sac. vbi plenè, an in criminibus publicis, & priuatis, & in illis,
in quib. imponitur pœna sanguinis, vel pecuniaria, trãsactio
vendicet sibi locum. & vide in spe. de accusa. §. 2. in prin. & in
actione populari dic, vt l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iu-
reiuran.

S V M M Æ.

1 *Crimina, postquam sunt probata, non debent remanere impunita.*
2 *Iudex potest prosequi post delationem criminis, quamuis delator recõcilietur delato.*

CRimina, Dicit Host. ꝙ duplex est intelle
1 ctus. primus est, † ꝙ ex quò pro
bata sunt crimina, non debẽt remanere impunita.
& secundùm hoc, vbi dicit [audita] supple, & probata. & vbi
dicit [indiscussa] expone. s. impunita. secundus intellectus est,
2 qui magis congruit literæ: † ꝙ post delationem criminis si de
lator reconciliatur delato: nihilominus iudex prosequitur.
ratio est: quia quocunque modo persona accusatoris de me
dio subducitur, siue gratia, siue morte, iudex tenetur ipsam ꝑ
ducere ad effectum. quod dic, vt l. libellorum. §. fin. ff. de ac-
cu. & dixi. supra de accu. cap. de his. vbi quid iuris, quando
est absolutus, an possit accusatio replicari: accusator enim
vel alius intendens crimina, censetur in dicta causa procu-
rator fisci; quia agit ad vindictam publicam: non ad propriũ
interesse. nõ mirum ergo si trãsigere, desistere, vel colludere
prohibet. facit qd̃ no. Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur.
& ista ratione iudex in istis criminalibus potest supplere de
facto ad defensam, vt no. Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium.
de dã. infec. & in sua disputatione. Iudex maleficiorum, &c.
similiter & eadem ratione supplet in beneficialibus, vt c. cũ
nobis olim. s̃. de elec. & j̃. c. proximo.

S V M M Æ.

1 *Iudex debet obuiare, ne litigantes in beneficialibus colludant.*
2 *Clerici super suis beneficijs colludẽtes qua pœna puniantur.*

AVdiuimus. Beneficio suo priuatur,
qui per collusionem il-
lud cõstituit censuale. primò refert collusionem.
secundò facientes puniri mandat, ibi [verùm clerici.] ¶ No.
primò, ꝙ quandoque in beneficialibus litigantes colludũt:
& fingunt lites, vbi non sunt: cui fraudi debet iudex obuiare:
concor. ff. de transa. l. cum hi. §. si cum lis. & isto timore col-
lusio. in tali transactione requiritur iudicis auctoritas. & ꝑ-
bat hoc finis huius. c. ¶ Secundò not. † qua pœna puniantur
clerici super suis beneficiis colludentes: quia dictis beneficiis
perpetuò spoliantur. & loquitur iste tex. de collusione com-
missa, vt constituatur beneficium censuale: idem quando col
luditur in permutatione, vt c. 2. de renun. lib. 6.

S V M M Æ.

1 *Inquisitio fit contra prælatum, cum clamor ascendit, & scandalum speratur.*
2 *Papa potest committere omnes causas criminales, etiam si sint meri, & misti imperij.*
3 *Colludentes cum inquisitoribus, testibus, & examinatoribus qua pœna puniantur.*
4 *Absolutus potest iterum inquiri, quando de collusione docetur.*
5 *Publicato processu in causa inquisitionis, iterũ possunt testes, & probationes recipi super articulis publicatis.*
6 *Sententia absolutoria super certis criminibus non præstat immunitatem super criminibus postea perpetratis.*
7 *Actiones plures si competunt alicui: an vna electa, possit alia intentari.*
8 *Collusio licèt probetur: & ex ea colludens veniat puniendus, nõ propterea videtur de crimine confiteri.*

IN tantum, Iterum contra illũ inquiritur,
q̃ ꝑ collusionẽ prius fuerat ab
solutus. primò ponit cõmissam inquisitionẽ, relatam col
lusionẽ, & ipsius exitũ. secda ibi [discretioni.] ponit cõmissio-
1 nẽ bimẽbrẽ. ¶ No. primò, † ꝙ tũc tm̃ contra prælatũ inquiri
tur, cũ clamor ascẽdit, & scandalũ speratur. de hoc in c. qua-
2 liter, & qñ. il secdo. s̃. de accu. ¶ Secdò no. † ꝙ Papa committit
cãm criminalẽ epi, & ꝑt oẽs causas cõmittere, ẽt si sint meri,
& misti imperij. de quo in c. in archiepatu. s̃. de rap. & c. qd̃ se
des. de offi. le. vtrùm aũt delegatus possit has causas subdele
gare. vide qd̃ no. in c. si pro debilitate. de offi. deleg. ¶ Tertiò
3 no. † ꝙ qñq; colluditur cum inquisitoribus, testibus, & exa-
minatoribus: qua pena aũt tales puniantur: dic vt. ff. ad Tur-
pil. l. 1. & Aut. sed nouo iure. C. de pœna iudi. qui malè iudi.
¶ Quartò no. ꝙ eodẽ tpe põt inquiri de pluribus criminib.
4 tetigi. s̃. de accu. c. licèt. ¶ Quintò no. † ꝙ absolutus põt iterũ
inquiri, quãdo de collusione docetur: aliàs secus, vt c. de his.
s̃. de accu. ad hoc vltimũ no. oppo. Inn. de c. Menna. 2. q. 5. &
C. de pœna iudi. qui malè iudi. Aut. sed nouo iure. & de iure-
iurã. l. si duo patroni. §. vlti. sed rñde, ꝙ in c. Menna. reus non
fuit absolutus: sed præstitit purgationẽ: quæ purgatio nõ im
pedit, quominus possit quis de crimine accusari, super quo
purgatio p̃stita est: hic aũt loquitur in reo absoluto. Non ob.
Auth. sed nouo iure. & l. si duobus. quia loquitur in absolu-
tione ꝑ falsum iuramẽtũ, cui non prodest talis absolutoria:
hic verò loquitur in absoluto per veras probationes. ¶ Sex-
5 tò no. † ꝙ publicato processu in cã inquisitionis, iterũ pñt te
stes, & probationes recipi super articulis publicatis: qd̃ dic,
6 vt. s̃. de testi. c. cum clamor. ¶ Septimò no. † ꝙ sñia absoluto-
ria super certis criminibus non p̃stat immunitatẽ sup̃ crimi-
nibus postea perpetratis: quia exceptio rei iudi. non ob. nisi
in his, quæ in iudiciũ sunt deducta, vt l. cũ quæritur. ff. de ex-
cep. rei iudi. & l. si quis cum totum. e. tit. cum fi. vnũ bñ no. ꝙ
de collusione non põt quis accusari, nisi semel. vt l. fi. ff. de col
7 lu. dete. ¶ Quærit hic Inn. † si cõpetũt alicui plures actiones.
an vna electa, possit alia intentari. distinguit, ꝙ aut plures a-
ctiones cõpetũt de iure cõi: & vna prius intentata, põt alia in
tentari, vt apparet in socio, q̃ cõtra sociũ furẽ põt agere pro
socio, & furti. vt. ff. pro socio. l. rẽ. qñq; vna actio competit de
iure ciuili: alia bñficio p̃toris: & tũc si vnã eligit, intelligitur
alijs renunciare, vt. ff. nau. cau. sta. l. licèt. §. fi. Non ob. c. con-
stitutus. s̃. de in inte. resti. vbi dicitur, ꝙ simul admittitur quis
ad petẽdum restõnem beneficio prætoris: & ad offm̃ iudicis,
quo dicit sñiam nullã: nã hic loquimur, cũ cõpetunt plures:
quo casu vnam eligendo, vĩ alij renũciare. Sed contrariũ lo-
quitur, qñ tm̃ altera cõpetebat: sed tm̃ vtrãq; prosequitur pp
dubiũ. & sic põt rñderi ad Decre. auditis. de præscrip. & hæc
vera, qñ vtraq; ẽ rei persecutoria: vel altera est pœnalis. Si au
tẽ vrraq; est pœnalis, & insurgunt ex diuersis factis. vna non
impedit alteram, vt l. nunquam. ff. de priua. delic. Si autẽ oriã
tur ex vno delicto: quatenus concurrunt, se impediũt, & non
vltra, vt l. j. ff. vi bo. rap. Si aũt actiones nõ sũt pẽnales, sed rei
p̃secutorię: facta exactione ꝑ alterã, reliqua tollitur. ff. loca. l.
fi merces. §. culpæ. Si aũt vna sit persecutoria: altera pœnalis
naturaliter & ab initio (vt accusatio furti:) & neutra per alte
ram tollitur, vt ff. de pig. ac. l. si pignore. §. cũ furti. Si verò ab
initio non sit pœnalis, sicut est actio, quod metus causa. l. me
tum. §. licèt. Ista est distinctio Inn. sumpta de gl. Accur. Insti.
si qua. pau. fe. di. in fi. vbi gl. clarius, & plenius loquitur. ¶ Est
aduertendum in ista materia, quando dicuntur plura de-
licta: ita quòd puniatur quis ex pluribus. dicit Bart. quòd
quandoq; plura delicta cõmittuntur ex parte inferẽtis, & re
cipien-

cipientis circa personã:& tñc an de oib. puniatur: vel vnũ cũ reliquo confundatur,& qñ,plenè tractat in d.l.nunquã plura.vbi de insultu,& pcussione:vel de percussione,& verbis: vel de pluribus pcussionibus sine verbis iniuriosis:an de omnib.puniatur:vel de plurib.adulterijs.qñq; plura delicta cõmittuntur ex parte cõmittẽtis circa rẽ.& de hoc no.in l.inficiãdo.§.infans.ff.de fur. qñq; plura delicta cõmittũtur verbo.de hoc p eũ in l.itẽ apud Labeonẽ.§.cõuitiũ. ff. de furtis. qñq; cõmittitur vnũ delictũ ex parte inferẽtis: sed est plura litas ex parte recipientis (vt si quis pcutiat eũ forfice, vel bidẽte.)de hoc p eũ in l.si gemina.ff.ar.fur.cę.qñq; cõmittũtur plura delicta pp multas psonas recipientes.& dic vt l.si plures.ff.ar.fur.cæ.qñq; cõmittitur vnũ factũ,ex quo plura crimina resultãt.& dic per eũ,vt l.senatus.ff.de accu.& l.si adulteriũ cũ incestu.ff.de adul.qñq; aũt idẽ delictũ punitur pluribus legib.vtrũ pęna imposita sim vnã legẽ,alia intẽtari possit. dic q nõ:nisi in eo,quod plus eẽt in vna, q̃ in altera,vt sentit Inn.s.tu dic plenè p Bar.in l.prætor edixit.§.j.ff. de iniurijs. & quod ipse no.in l.j.ff.vi bo.rap.vbi quid iuris si statutũ ꝓuidet de alia pœna,q̃ iuris cõis:an sit recessum à pœna iuris. & hoc qñ plura remedia ꝓdita sunt ad punitionẽ delictorũ. qñq; verò cõpetunt plures actiones ad idẽ,sed contrariæ. & dic plenè per Cy.in l. 1.C.de fur.non dẽt igitur canonista tãruditer pertransire, q prorsus ignoret actiones diuino nutu compositas,vt l.2.de origi.iuris.licet.n. quò ad eius expressionem in libello nõ dẽat multũ curare,vt dicit. c. cũ dilecti. de iudi.sine ipsius tũ notitia non poterit condẽnare.& patet exemplũ ex not.per Inno.s.de ordi. co.c.cum dilectus.¶Vltimò no.†q licèt probetur collusio,et ex ea colludẽs veniat puniendus:non tamen videtur de crimine confiteri.quod patet: quia hic mandat puniri de collusione: & de crimine iterum inquiratur.argu.contra.C.de pœna iudi. qui malè iudi. l. fin. & Authen.ibi posita.

8

De delictis puerorum.

S V M M Æ.

1 *Puer quis dicatur: & quot modis sumatur.*
2 *Ætas quot modis dicatur.*

1 VIS O de quibusdã criminibus:quia dubitari posset, an pueri his criminibus inuolnant: ideo &c.de hoc. 15.q. 1.& 4.q.3.in prin.& 22.q.5.c.paruuli.cum duobus c.se.¶No. hic primò Io.An.†q puer qs dicitur multis modis.qñq; ętate.& ita hic sumitur, & no.47.di.c.inveteri.durat pueritia regulariter vsq; ad 14.annum in masculo.12.in fœmina.vt no.in ꝓemio.6.li.in gl.de numero senario.fallit in casu l.1.§. pueritia. ff. de postu. & l. Mela.de ali.& ci.le.Itẽ dicitur puer filiatione.Itẽ seruitio. patet.22.q.2.§.Abraham.& habetur Geñ.22.habẽt ẽt de hoc. ff.de verb.sig.l.pueri appellatione.& l.illa verba. Itẽ dr puer natiuitate.Hier.20.c.ĩ fi.q annũciauit patri meo,dicẽs.[Puer natus est tibi.] Item dr puer fidei puritate.Hiere.c.1.[Puer ego sum.] 4. q. 1. in scripturis simplicitate.Sapientiæ.12.ad fin. [tanquã pueris insensatis iudicium in derisum dedisti.] & 1.ad Corin.[Nolite pueri effici sensibus , sed morũ puritate.]Esa.penul.& hr.2.q.7.c.Paulus.& sic videtis,quot modis sumatur puer,cum profertur ab homine,vel à iure . qñq; aũt iura , vel homines in suis dispositionib. non vtuntur hoc vocabulo,puer.†Sed dicunt,cum erit virilis ætatis. tunc quæ dicatur virilis ætas dic q.25.annorum,vt l.1.ff.de mino.vbi quæ sit virilis ætas.quæ sit ætas perfecta,dic vt l.fin.C.de his, qui ve.æta.quæ dicatur ætas vsque ad statum suum. vide l.cũ pater.§.curator.de le.2.quæ dicatur plena ætas. vide. cap.1. de sen.excommu.quæ dicatur discreta ætas.vide cap.omnes. de pœni.& remis. quæ dicatur tenera ætas. vide l.non tantũ.

2 a

in prin. de decu.quæ dicatur legitima ætas. vide l. Aurelius. §.Gaius.de lib.leg.quæ dicatur robusta ætas . vide l. si maritus.§.l.Iul.ff.de adul.& vide l.cum filio.de le.3.vbi quæ dicatur iusta ætas,vel pubertas, &seq.

A D D I T I O.

a ¶Aetas.ætas quotuplex sit.vide gl.in l.hæreditatum.ff.ad leg.fal.Cy.& Docto.in l.si infanti.C.de iure deli.Floria.in l.inuiti.ff.de ce ti.

S V M M Æ.

1 *Pueri possunt delinquere, præterquam in delicto carnis.*
2 *Minoribus subuenitur in delictis super mitigatione pœnæ.*
3 *Minores in delictis obligantur.*
4 *Proximus pubertati quando quis dicatur.*
5 *Minor non doli capax an possit irregularitatem contrahere.*

1 PVeri. No.primò†q pueri pñt delinquere,preterq̃ in delicto carnis.furtum ergo,mendacia,& periuria committunt:& iõ puniũtur, vt hic & l.1.C.si aduer.delic.& no.q hic ponuntur mendacium, & periurium vt diuersa,sicut sunt.vt.s.de præsum.c.literas. de multiplici enim genere mendacij vide.22.q.2.c p imũ.¶Secundò no.q in delictis subuenitur minoribus super mitigatione pœnę.concor.l.auxilium.§.in delictis. ff. de minorib. ¶Quærit glo.quando habet locum,quod hic dicitur,videlicet†q minores in delictis obligentur.dicit gl.in septimo anno:quia tunc sunt doli capaces,vt in prima gloss.legitur.n.in dialogo de puero quinque annorum:qui iurans,detestãs, & blasphemans à diabolo raptus fuit,sim Hosti. ¶Aduerte qa quò ad dolum committendũ vtrũ minor sit habilis,vel non, videtur considerandum,vtrũ sit proximus pubertati, vel nõ. †dicitur autem proximus pubertati masculus vsq; ad decimum annum cum dimidio:& fœmina vsque ad.9. cum dimidio:vt sic tps post infantiã vsq;ad pubertatem masculi,& fœminæ per medium diuidatur.& ita no.in l.pupillus. in princ. de reg.iur.& Insti.de inutil.stipu.§.sed prędiximus.& Bar.de hoc no.in l.j.ff.de inutil.stip.§.sed prædiximus.& Bar.de hoc no.in l.j.ff.de noua.vbi plenè.& an isti doli capaces obligentur in contractibus,& in dolo.quod dic vt l.j. C.si aduer.delic.vbi Cy.ita distinguit:q aut minor deliquit ex animo:aut præter animũ.si ex animo:aut ciuiliter: aut criminaliter.si ciuiliter non subuenitur,nisi vt habeatur pro confesso,vel trãsigente,vt l.si ex causa.§.nunc videndum.de mino.si criminaliter tunc aut est de atrocioribus delictis.aut de communib. si de atrocioribus,non subuenitur in aliquo,secundùm Pe. si de minoribus, subuenitur,quatenus miseratio ætatis,&c. vt. d.§. in delictis.secundo casu quando præter animum,tũc restituitur,vt d.l.j.si aduer.delic.Quid si delinquat ob latã culpam.dicit gl.in d.§.nunc videndum.q restituetur,quando sine animo committat.quidam contra:quia lata culpa æquiparatur dolo,& pro hoc d.l.si ex causa.§.si mulier.& dic,q interdum excusatur minor à delicto,iuris bẽficio, vt l. 2. C. si aduer.delic.Interdum excusatur ex defectu naturalis præsidij,vt in delicto carnis,vt l.si minor.& l.si adulterium cum incestu. ff. de adul.interdum excusatur ex innocentia consilij; vt infans.vt ff.de parri.l.diuus. interdum releuatur ex beneficio restitutionis in integrum:& quando,& qualiter.dic vt supra.¶Quærit Host.†an minor non doli capax possit irregularitatem contrahere:vt si ludendo proijciat lapidẽ,vel cultellum , & aliquem occidat.dicit , q est irregularis,etiam si non habuit animum occidendi.quia non voluntas, sed factũ in l.promotionis attenditur.dicit tamen tale homicidium dispensatione dignum:cum censeatur quasi casuale ; nec distinguitur,an dederit operam rei licitæ:aliàs adhibuerit diligentiam,ex quò non discernit de doli capace.not.j. c. proxi.de infante determinatum est contra in cle.si furiosus. de homi. & ibi no.in 3.glo.

2

3

4

5

Con-

S V M M Æ.

1 *Consuetudines,& statuta,per quæ committentes furta,homicidia, et similia crimina in pecunia puniuntur,sunt irrationabilia.*
2 *Iudex ecclesiasticus potest exigere pœnas pecuniarias pro delictis.*
3 *Consuetudo recipit interpretationem à iure communi.*
4 *Minor si non delinquat dolo,sed culpa,siue casu,non punitur.*
5 *Pater de consuetudine potest obligari ex delicto filiorum. & nu.6.*

R Eferente. Pater ex delicto filij impuberis nõ tenetur.vel sic. In puero inultum relinquitur,quod in adulto grauiter puniret.primò ponit partis appellantis querelã. secũdò dat iudicẽ,ibi[vũ.]¶No.primò, q de consuetudine pro atrocioribus criminibus imponitur pœna pecuniaria.dicit Ho.†q tales consuetudines,& statuta, p q̃ cõmittentes furta , homicidia,& similia crimina in pecunia puniuntur, sunt irrationabilia:ineitant.n.hoies ad delicta: quia multi timentes pœnã corporalem abstinerent à delicto.quod non faciunt,postquã vidẽt pecuniam irrogari.vnde alibi dicit canon.nullam culpam pertimescit reus , quam redimere nũmis existimat. non sunt ergo seruanda.ff.de pac.l.si vnus.§.pacta.in Aut. de man.prĩ: §.oportet.collatio.3.Non sunt ergo seruanda talia statuta.nõ ob.iste text. vbi innuitur: q si iste fuisset adultus, posset exigi ista pœna.hoc.n.verum ex postfacto per iudicis officium: nõ ex vi consuetudinis,vt patet in c.irrefragabili.de offi.or.cũ.n. Ecclesia nõ possit imponere pœnam corporalem,commutat ipsam in pecuniariam,vt.s.de rap.c.in archiepatu. ¶Secũdò no.†q iudex ecclesiasticus potest exigere pœnas pecuniarias pro delictis.de quo dic,vt in d. c. irrefragabili. & de pœnis.c. psbyteri.¶Tertiò no.†q consuetudo recipit interpretationẽ à iure cõi:cauebatur.n.consuetudine simpliciter, q committens maleficiũ puniret in centũ solidis:ista.n.consuetudo non extenditur ad minorẽ, vt hic.concor.l.2.C.de noxa. & qd no. in l.fi.§.in computatione.C.de iure deli.& in materia statutorum per Bar.in l.oẽs populi.¶Quartò no.†q si minor nõ delinquat dolo,sed culpa,siue casu,non punitur.Non ob.c.s.ꝓxi.quia ibi dolo:hic verò culpa deliquit. ¶ Quintò innuitur: †q de consuetudine potest pater ex delicto filiorum obligari.de hoc.j.dicã.¶Sextò no.gl.fi.q si quis hẽt regalia à principe , pro regalibus illis est appellandũ ad Papã.quod dic, vt s.de ma.& obe.c.solitæ.& l.1.ff.de appel.per Bar.¶Opp. hic videtur innui, q pr teneatur ex delicto filiorũ. † Sed contra. C.ne fi.pro pa.l.1.gl.fatetur,q de iure pater soluere non tenetur:ergo videtur,q ex delicto filij pr nõ tenetur ad pecuniariã pœnam:nec fit in eũ executio,vt l.si filius.C.de bo. ꝓscri. In criminali omni potius ponderatur vindicta(q̃ non dẽt porrigi ad prem non delinquentem)q̃ ponderetur pecuniariũ cõmodum,vt.s.de resti. in inte. abstinendo.& ff. quod quisq; iuris.l.3.§. si filius. hoc verũ:nisi cõsuetudo vel statutũ dictaret cõtrariũ,vt no.in rubri.de decre.decu.Sed an tũc filio cõdemnato,fiet executio contra patrẽ.dic vt habetur per Bar.in l.cũ filius.de verb.ob.vbi plenè.& ar.est hic, q sic. & hæc vera,cũ quæritur,an teneatur ex maleficio pater pro filio : an verò in casibus,in quib. iura volunt patrem pro filio obligari, fiet in patrẽ executio,filio cõdẽnato.dic vt no.Bald.in l.si filio. ff.soma.& de noxa.l.sed si condemnatus.tangit Io.An. an filio cõdemnato,teneatur pater ad legitimã;ita q in legitima filij possit fieri executio.remittit ad Spe.de execu.sentẽtiæ. §. sequtur. ver.quid si filius.nam vr,q legitima filij a non debeat separari de bonis patris,patre viuente.nec de ipsa dẽt aliqua haberi rõ,vt l.j.§.si impuberi,in fi.ff.de colla.bo.& facit quod not. Bar.in fi.ff.de li.agno.quinimo si filius ingrediatur religionẽ: nõ põt filius petere legitimam in bonis patris,eo viuente , vt no.in Aut.si qua mulier,prope fi.C.de epi. & cle.& in Aut.de sanc.epi.§.si qua mulier.licèt glo.dicat alibi,q filius, patre viuente,põt petere legitimã.in Aut.de mona.§.illud. Sed quod dixi primò,verius est secundùm Fran.Tigri.de Pisis.

1

2

3

4

5

6

a

A D D I T I O.

2 ¶Legitima filij Adde Bal.& Saly.in l.1.C de bonis liber.

De clerico uenatore.

R Actato supra communiter de delictis clericorũ: submittit de spãlibus delictis clericorum:ideò &c.habetur de materia. 86. di. c. qui venatoribus.cum quinque c. seq.34.di. c.j.conuenit de cen.c.in apostolis.ne cle.vel mo.c.1.ad fi.de sta.mo.c.ne in agro. §. porro.de cen.c.ad nostram.de cele.missa.c.1.

S V M M Æ.

1 *Venandi ars prohibita est episcopo,& diacono.*
2 *Venatio an sit prohibita,vel permissa.*
3 *Episcopus venator suspẽditur tribus mẽsibus à cõmunione. Presbyter duobus ab omni officio. Diaconus simpliciter.*

1 E Piscopum Hæc.cap.habentur pro pal leis.34.di.¶No.primò†ꝓhibitam epo,& diacono esse artẽ venandi.istis venatoribus nulla immunitas est à iure cõcessa,vt C.de accu. mu. vena.li.10.& quod dicit de diacono,idẽ de subdiacono,vt dicit gl.constituti.n.in minoribus ex certa scientia ei,quod statuitur,si non paruerint,punientur arbitrariè.sim Host.alle.de offi.dele.c.de causis.ita tñ,q monitio non præcedat vindictã. 12.q.2.c.indignè.¶†Vltimò in ista materia de venatione ꝓhibita,vel permissa,gl.distinguit:q qñq; clerici venantur causa necessitatis:& est licitum,excepto epo,dicit gl.Host. remittit ad summam.eod.tit.§.quot & quibus.ver.item.causa ergo voluntatis,vel nimis frequenter,non licet,vt hic.& potest dici causa necessitatis,cum fit ad excitandũ calorem naturalem; & appetitum.de homi.c.dilectus.de iureiur. c. & si Christus. ad fi.& cã recreationis.recreatur.n.virtus exercitio.vnde Valer.8.Moralium.& c.de cetero.hominẽ quippe rerum natura continui laboris patientem esse non patitur. & Seneca epistola.88.[In remedium cedũt hominibus honesta solatia.quicquid animum erexit,& corpori ꝓdest.] Item intellige,q permissa est clericis cã necessitatis:vel recreationis venatio non clamosa,quæ fit cũ canibus , vel armis. hæc ãt bñ licet laicis: dũmodo non in quadragesima: nec in præcipuis festiuitatib. in quibus attẽdere dẽnt ad diuina.de cõse.di.3.c.irreligiosũ. & di.6.c. ieiunia.venatio oppressiua etiã prohibetur: & hanc faciunt histriones:& cõtra istos adulatores allegat hic aliqua moralia.de venatione arenaria: dic vt in glo.quia permittitur causa virtutis.fallit in torneamentis. de multiplici ergo venatione hic habes.¶Vltimò gl.opponit:q qui maior est,maiori pœna debet affligi ĩ eodẽ delicto,vt l.presbyteri.C.de epi. & cle.sol.vt in gl.quia maior pœna reputatur in episcopo,&c. vt in ea.Sed hæc solutio non videtur sufficiens: quia sim eã maiori pœna debet puniri eps,q̃ presbyter: & hic punitur æquali.Sed dic, †q episcopus suspenditur tribus mensibus à cõione:presbyter duobus ab omni officio:diaconus simpliciter.& vide quod no,Io.An.s.de sta.regu.c.ea.sup.in gl.

2

3

O Mnibus, No.primò,q iste tex.prohibet vagationes.& per hoc dicit Hostiẽ.q ñ redditus clericorum,etiã religiosorum,cõsistunt in venatione(puta cuniculorum,vel ferarũ)licebit clericis venari,ẽt in ꝓprijs personis: maximè si familia deficiat, dummodo id faciant tpe cõpetenti: id.n.non est vagari : sed suæ necessitati,& vtilitati ecclesiæ subuenire : ad quod clerici tenentur. 7.q.j.c.præsentium.& c.placuit.& 16.q.j.c.qui verè. sed hodie secus in religiosis.quod dic, vt in cle.§.porro.de sta tu monachorum.

De clerico percussore.

IX continuatione rubricæ.s̃.proxi.patet huius continuatio.habetur de materia.45.di.& facit.1.q.7. c.si quis omnem.& 85.di.§.similiter.& c.seq.& §. pe.& §.non liceat.

S V M M AE.

1 *Pœnam depositionis non debet imponere episcopus: nisi quando se nõ emendauerit percussor.*
2 *Episcopus non debet statim sententias fulminare.*
3 *Percussor rectè poest appellari, qui percussit vna vice.*
4 *Nomina verbalia an verificentur per vnum actum tantùm.*

SI quis. Not.primò, ꝙ istud c. loquitur de percussore cõstituto in sacris. & ad hoc sub audi,maximè.quia nec decet aliquem clericum:sed ma
1 ximè caueat eps,ꝑ iura allegata in gl.sup hoc remittit Ho.ad summã de tẽpo.or.§.& cui.sub 10.reg. ¶ Secdò not.† ꝙ pœnã depositionis non dẽt imponere eps: nisi qã se nõ emẽdauerit
2 percussor.ex quo collige,† quòd nõ statim dẽt eps suas fulminare.& hoc no.de Iude.c.sicut.in vltima glo.Item intellige hũc tex.sm̃ gl.ꝙ requiritur, ꝙ percussor habeat hoc in vsu.po nit exemplum Ab.de illo,qui statim percutiebat illum,qui ali
3 quid sibi dicebat non gratum.Et collige ex hoc tex.† ꝙ percussor rectè põt appellari,qui percussit vna vice tm̃. nam si non subiungeretur in tex.[si non emẽdauerit.] &c. vna percussio
4 faceret eum pcussorẽ.† Aduerte tm̃,vtrùm ista noĩa verbalia.i. quæ descẽdũt à verbis,verificẽtur per vnũ actũ tm̃.vt hospita tor,mercator,& similia.distingue,ꝙ quædam sunt noĩa verba lia significantia alicuius officij exercitium.quod quis assumit sua auctoritate.vt hospitator,mercator,& similia: & non veri ficatur ex vno actu:sed requirunt assiduitatem, vt l.1.§.1.de tribu.quẽdam sunt nomina significatiua delicti,vt est tractor, raptor,percussor,expilator,& si.& verificantur vnico actu,vt l.mariti.§.quæsttum.ff. de adul.vbi ita distinguit Bar.& remit tit ad no.per eum in l.legatis seruis.in prin.de le.3.

S V M M AE.

1 *Episcopus,qui fecit aliquem crudeliter fustigari, duobus mensibus à missarum administratione suspenditur.*
2 *Episcopus potest imponere pœnam fustigationis,non tamen crudelis. sed moderatæ.*
3 *Vulneratus decedens diu post vulnus inflictum non præsumitur ex vulnere decessisse.*
4 *Suspensus à missa videtur suspensus à pontificalibus per quandam consequentiam.*

PRęterea † Duobus mensibus à missarum administratione suspenditur episcopus,qui fecit aliquem crudeliter fustigari. primò ponit episcopi sæuitiã. 2. ibi [qm̃ licèt.] excusat ipsum à mor
2 te.3.illum punit,ibi[quia.] ¶ No.primò † ꝙ episcopus imponit pœnã fustigationis,non tamen crudelis, sed moderatæ:erat.n.fortè ista coniux:quam clericus moderatè verberare,& custodire potest. de hoc. 18. q.2.c.placuit.vel erat fortè alia mulier comperta delinquere in ecclesia.de sen.ex.c. veniens. vel pedissequa,vel introducta.de qua.22.di.c.interdixit. quæ cunque tũ fuerit ista mulier,non debuit insæuire. remittit Ho stien.de crimi.fal.c.ad audientiam.de rap.c.in archiepiscopa
3 tu. ¶ Secundò not.† ꝙ ille,q̃ decessit diu post vulnus inflictũ, non ꝑsumitur ex eo vulnere decessisse:econuerso præsumitur ex temporis breuitate.vt dicit glo.quam no.& dixi.s̃. de homi.c.presbyterum.& c.de cetero. ¶ Tertiò no. suspensionem duorum mensium à missa.s̃.tit.1.c.1. fuit à communione suspensus.de varijs suspensionibus vidꝯ in cle.si.de pœn. & ibi q̃
4 suspensio inducit irregularitatem,& quæ non.† suspensus autem à missa videtur suspensus à pontificalibus, per quandam consequentiam,vt c.ex literis.de excess.præla.

S V M M AE.

1 *Auctores conflictus tenentur ex homicidio in eo commisso.*
2 *Clericus proijciens lapides in conflictu, suspenditur à celebratione missæ.*
3 *Suspensio ad tempus expirat,finito tempore ,ipso iure.*
4 *Clericus non debet se vllatenus in conflictu immiscere.*

PRæsentium. Duobus annis à celebratione missarum suspẽditur presbyter:qui in conflictu,vbi aliqui mortui sunt,lapi des proiecit:licèt nullum percusserit.& prima factum narrat. 2.ibi[quæ nos.]tẽporaliter punit.3.post tempus admittit,ibi [mandamus.] ¶ No.primò, ꝙ in conflictu quidam dicuntur violentiam inferre:quidam repellere. & ex hac parte videtur licitum cum moderamine,&c.s̃.de homici.c.significasti. ¶ Se
1 cundò not. † ꝙ qm̃q; in conflictu aliqui moriuntur: & ex hoc homicidio tenentur,q̃ fuerunt auctores,vt l.qm̃.C.ad leg.Iul. de vi pu.Alij an teneantur vltra q̃ fecerint.dic vt not. Inno. in
2 c.sicut dignũ.s̃.de homici. ¶ Tertiò no.ꝙ † iste suspenditur à celebratione missæ.& hoc verum,qm̃ constat proiecisse:sed ne minem percussisse:secus si de hoc esset dubium,vt in gl.& facit quod no.51.di.c.si quis post acceptũ.an verò durante isto biennio debeat percipere fructus beneficij: ita ꝙ suspensio in vno inducat suspensionem in alio.dic vt in dicta cle. fi.de præ
3 ben. ¶ Quartò no.† ꝙ suspensio ad tps expirat, finito tpe,ipso iure:quia prohibitum ad tps,post tps vr̃ esse concessum, vt l. statuliber. ff.de le.2.& l.cum prætor.de iudi.facit quod no.In no.de æta.& qua.c.bonæ. ¶ Opponitur,& videtur,ꝙ iste pres byter non debuerit suspendi:vel alia pœna sibi infligi: quia iu stè violentiam repellebat.& quòd fit lege permittente, pœnã non meretur,vt l.Graccus. C. de adul. So. Ia.distinguit inter
4 conflictum,& bellum iustum.† In conflictu.n.non debet se vl latenus immiscere,vt hic.secus in bello iusto,vt in contrario: vel secundũ eum,ibi pugnauit,defendendo rempublicam: qd̃ licuit,vt.ff.de iust.& iure l.vt vim.hic priuatos:quod nõ licuit. & per hoc infert,quòd non licuit cler.co iniuriam socij in ꝓpria persona propulsare. & sic soluit contrarium de c. dilecte.de sen.exc. lib. 6. dicit.n. ꝙ ibi loquitur de socio laico, an liceat iniuriam socij propulsare.sed hoc non licet clerico. quod Ho.non approbat.& dicitur, ꝙ hic imponitur ista pœna ad cautelam:nam de iure communi in nullo reperitur cul pabilis,secundùm eum:vel dicit cum gl.ꝙ ista pœna ĩponitur clericis ad terrorẽ,vt hos cõflictus euitent:vel sm̃ eũ diffama tus erat,vel imminebat scãdalũ.s̃.de homi.c.ex literis.

S V M M AE.

1 *Arma sumens an teneatur de vulneribus,quæ ab aliis inflicta sunt.*
2 *Acolytus an poterit,vt sacerdos,exercere altaris ministerium: an verò vt subdiaconus.*

CONtinentiam. Secundũ varias lecturas diuersimodè summanda esset. ¶ No.primò.† ꝙ iste sumpsit ar
1 ma ad resistendum:& ex hoc non tenetur de vulneribus, quæ inflicta sunt ab alijs. si autẽ assumpsisset ad offendendũ (licèt nõ percusserit)puniretur saltem de auxilio,& fauore,vt.s̃. de
2 homi.c.sicut dignum.per Inno. ¶ Quæro.dicitur in fin.ꝙ iste acolytus poterit in subdiaconatu promoueri, & altaris ministerium exercere.† quæro an poterit,vt sacerdos, exercere al taris ministerium:an verò vt subdiaconus.Ala.& Go.dicunt, ꝙ vt subdiaconus.Host. dicit, ꝙ vt presbyter: vt iste finis aliquid addat,dicens hoc esse etiã de iure communi,& de potẽtia iuris,non dispensationis.

De Maledicis.

DICIT Io.An.ꝙ pcusio alia fit manu:alia fit lingua.subijcit de scda Gof. Aduerte quia in fert istud dictũ,ꝙ iura,q̃ loquunt̃ de pcussore,adaptant̃ ad maledicentẽ:quia dr̃ percutere lingua: hoc tm̃ non credo ex propria significatione.quia pcusio refert̃ ad factũ. & inter malefactũ,& maledictũ magna est differẽtia, vt l.aut fa cta.de pęn. & ibi per Bar. dicit Hiero. super Esaia li.6. ꝙ ma lè refrænabit libidinẽ, qui manũ,vel linguã cohibere nõ valet. hr̃ de materia 24.q.3.c.de illicita.cũ tribus c.se.& 25. di. c.ea demum. in fin.46. di. c. clericus maledicus. congruit de reg.iur. c.2.

S V M M AE.

1 *Iniuria potest irrogari absenti, & ignoranti. Qualiter aggrauetur.nume.2.*
2 *Papa potest tanquam iudex sibiipsi ius dicere.*
3 *Iudex an quis possit esse in causa propria.*

INnotuit. Maledicens Papæ puniendus est:vt deinceps alij abstineant, & terrean
1 tur.& primò ponit culpam: quã scdò puniri mandat. ibi [ipsum.] subdẽs causam ibi [vt pœna.] ¶ No.primò,† ꝙ ab senti,& ignoranti potest iniuria irrogari:quinimo mortuo,vt l.j.ff.de his,quę vt indi. ¶ Secũdò no.ꝙ ista fuit iniuria verbis illata.protulit.n. plura verba: an ergo ex quolibet verbo puniatur pro vna iniuria:dic vt l.itẽ apud.§.conuitiũ. ff.de iniurijs. ¶ Tertiò no.ꝙ multis astantibus in dicta verba prorupit. ex hoc aũt aggrauat̃ iniuria:sicut alijs multis modis, vt s̃. de
2 homi.c.sicut dignũ. ¶ Quartò no.† ꝙ mandat Papa,ꝙ ipse in ferens sibi iniuriã puniat̃. ¶ Contra hoc gl.op.de l.j.C.si quis Imper.maledixerit.deceret.n. principem talia nõ exquirere, ꝑcipuè Papam:cui sanctitas ignoscẽdi gloriã dereliquit,vt l.si quis in hoc genus.So.vt in gl.ij.vel dic,ꝙ illa l.non ob.vt dicit ibi Accur.qa debet remittere,vt puniat eũ, si sibi videbitur.&
4 sic facit iste,cui ista Decr.dirigit̃. ¶ Secundò op.† ꝙ nõ posit quis esse iudex in causa propria,vt C.ne quis in sua causa.&c. sed Papa mandat hic puniri iniuriã sibi illatam: ergo malè. So.vt in gl.ꝙ ideo Papa punit: quia nõ est alius superior. hoc enim casu potest esse quis iudex in causa propria ad hoc.ff.de hære.insti.l.& hoc Tiberius.& in Spec.de le.§.j. ver. sed nunquid.& l.proxi. de his,q̃ in testa. delẽ. inferior verò iudex an posit punire iniuriã sibi illatã. dicas, ꝙ quandoq; iniuria infertur personæ :qm̃q; dignitati:qm̃q; iuribus dignitatis.si personæ:& tunc aut iniuria est occulta: & non põt ipse cognosce re;quia cognosceret de re propria:nisi hoc habeat consuetudo.de pœnis.c.j.lib.vj.aut est notoria:& põt; quia nõ põt recusari,vel suspectus allegari,cũ procedit vt executor iustitiæ. vt c.nouit.de iudi.Aduerte tm̃,quia in casu,quo non hẽt cogni tionem:poterit tm̃ in custodiã ponere,successori, vel principi reseruando cognitionẽ,& pœnã.de offi. præsi.l.senatus.& de adult.l.capite. & l.si adulteriũ.§.fi.qm̃q; iniuria est irrogata di gnitati: tũc de illa cognoscit, & iudicat, siue sit occulta, siue manifesta.vt 2.q.7.c.si quis ergo.& dicto.c.j.de pœnis.Tertio casu cũ quæritur,an posit cognoscere de iuribus ad prælatu rã pertinentibus. & tũc aut sunt talia iura,quæ spectant ad eũ de iure cõi (vt est procuratio) & potest in hoc esse iudex. de præscrip.cap.cum ex officij.si tm̃ grauat partem,potest appel lari.j̃.de sen.c. sopitæ.aut agitur de eo, qd̃ ad prælaturam nõ pertinet de iure communi.& tunc distingue, vt s̃. aut est notorium illa iura deberi, aut non: vt primo casu posit,vt executor iustitiæ: secundo non posit, puta si aliquid sibi debetur ratione contractus, vel alterius obligationis, ratione ecclesiæ. Si verò sint iura pertinentia ad personam prælati:tunc videtur eodem modo distinguẽdum,sit notorium,nec ne.plenius tm̃ dic de ista materia, vt not.Inno.j̃. de verbo.sign. c.ex parte. & per Cy.in l.j.C. ne quis in sua causa. vbi dicit, quòd licèt iudex iniuriam suam, quæ respicit dignitatem,vel rempublicam,punire posit, vt C.de offic.eius, qui vi.al. ge.l.j. & 2. non tamen ipse solus poterit ius dicere. vnde si delegatus fuerit, recusabitur: si ordinarius, peti poterit alium adiungi. C.de iudi.l.apertissimi,& Authen.ibi posita.quia cum sermo contingit personam eius, meritò dici potest suspectus. quod Cy.dicit esse æquum,secundùm Io.And.dicam latius in dicto c.ex parte. de verbo.sign.

S V M M AE.

1 *Pœna eadem punitur, qui blasphemat Deum, & qui aliquem de sanctis eius.*
2 *Clericus non debet publicè pœnitere.*
3 *Blasphemator publicus quis dicatur.*
4 *Casus de reseruatis episcopo.*
5 *Casus, in quo quis sepultura priuatur.*
6 *Pœna spiritualis non tollit pœnam temporalem.*
7 *Pœna pecuniaria maior imponenda est diuiti, quàm pauperi.*
8 *Pauper si non potest soluere pœnam pecuniariam, quid iuris.*
9 *Pœna,quæ imponitur blasphemantibus,cui applicabitur.*
10 *Pœna iuris debet intelligi de moneta vsuali illius loci, vbi delinquitur.*
11 *Statutum dicit,quòd habenti pacem ab offenso, minuatur tertia pars pœnæ: an minuetur blasphemanti,si pœniteat.*

STatuimus. Hic ponit pęna blasphemantis Deum,vel aliquem Sancto rum.& primò ponit ecclesiastici iudicis pœnam.2.pœ-
1 nam secularis.ibi [per temporalẽ.] ¶ No.primò,† ꝙ eadem pœna punitur,siue aliquis blasphemet Deũ, vel aliquẽ ex San ctis suis.& dicit hic Hosti.ꝙ quidã ita sunt deuoti Virgini glo riosæ : ꝙ magis credunt peccare,ipsam Virginẽ offendendo, quàm Deum.de quo no.Host.de cele.missa.c.ij. ¶ Secdò no.ꝙ iste tex.huic blasphemãti imponit publicã pniam. & per hoc
2 patet,ꝙ loquit in laicis blasphemis: † quia clericus nõ dẽt pu blicè pęnitere : sed aliàs ad arbitriũ ẽpi punietur. ad hoc. s̃. de biga.c. j. & j̃. ver. per temporalẽ. ¶ Tertiò no.ꝙ ad hoc vt habeat locũ ista pęna,requirit̃,ꝙ publicè prorupit in blasphe miã.& intellige publicè,siue fiat in camera,siue in platea,mul tis audientibus, & ẽpo referentibus. ad hoc s̃. c.primo.& de
3 excess.præla.c.inter dilectos.& c. quàm sit graue.† Vel dic,ꝙ dr̃ publicus,quando est vulgatissimus, & ex hoc peccato mul tos scandalizat. 26. q. 6. c. fi. vt quia frequenter hoc cõmittit:vel est notoriũ iuris,vel facti.de coha.cle.c.vestra. ¶ Quar
4 tò no.ꝙ eps debet iniungere istam pœnam.† & sic de casibus ẽpo reseruatis.de quibus j̃. de pœni. & remis.c. si eps.li.6.qd̃ est verũ de publico.scdm Hosti. occultũ autẽ presbyter absol uere põt,scdm eum:eps etiã posset hoc cõmittere non ẽpo.vt
5 dicto c.si eps.ad hoc.26.q.6.c. fin. ¶ Quintò not.† casum,in quo quis sepultura priuatur.alij notantur.s̃. de sepul.c.ex par te.Si autẽ in extremis vult pęnitere:tunc debet sepeliri, si nõ dum contra eũ est lata sniã per episcopũ:aliàs secus; quia si la ta esset,non sepeliretur etiã in extremis pęnitens, scdm Vin. nõ est.n.canon latę sniæ : sed ferendæ, vt patet in ver. interdi
6 catur. scdm Hosti. ¶ Sextò no. in ver. per tpalem. † ꝙ pœna spiritualis non tollit pœnã temporalem: & est speciale,scdm Phi. in odium criminis: quòd imponitur duplex pœna, spiritualis, & temporalis. concor. 16. q.j. cap. statuimus. regulariter contra.de iudi.cap. & si clerici. Ego (vt dixi) credo regulariter, quòd vtraque pœna posit imponi, nec vna excludat reliquam. not. de scisma. cap. j. & dixi de accusa.
7 cap. de his. ¶ Septimò not. † quòd maior pœna pecuniaria est imponenda diuiti, q̃ pauperi. in corpore verò quid iu-

ris,alibi no.quis aût dicatur pauper.dic ut in Auth.prę.C.un de uir & uxor. ¶Quid ergo si pauper etiam quinque solidos non posset soluere.dicit,ꝙ in pœnam aliam commutabitur, vt s̃.proxi.rub.& l.fi.ff.de in ius voc.scdm Vin.Goff.& Host. vel scdm Abba. quærat illos ostiatim:vel tm̃ seruiat iudici,ꝙ quantitati satisfaciat,vt no.de iudæ.c.j.posset dici, ꝙ euidens paupertas excuset.propter ipsam enim etiam vbi iura limitant pœnam,remittunt eam pauperi. nec si rursus diues fiat, peti potest,si semel est remissa,vt l.eos.in fi. C. de mõ mulct. & l.illicitas.§.fi.de offi.præsid.¶Octauò no. in uersi.nullam. ꝙ has pœnas non uidetur, ꝙ iudex possit commutare. dicit tñ Host.ꝙ in hoc posset haberi misericordia ex magna causa:ut si sit honorabilis persona, quã non deceat publicè pœnitere:& uult illam redimere magnis eleemosynis.ad hoc de sen.ex.c.mulieres.& Dan.4. c.[Cõsilium meum placeat tibi: pctm̃ tuum eleemosynis redime.]¶Quærunt Doct. †cui applicabitur ista pœna.quidam ꝙ ecclesiastico iudici: cũ sit crimen ecclesiasticum.dicunt Goff.& Ab.ꝙ iudex laicus habebit pœnã laici:& ecclesiasticus pœnã clerici. ¶Vltimò not. †ꝙ in pœnis de iure dẽt intelligi de moneta usuali illius loci, vbi delinquitur,vt ff.de le.3.l.minus.per quã l. dicit hic Gof. & gl.j̃.de iniu.c.olim. ĩ gl.fi.ꝙ si plures sunt monetæ vsuales, dabitur minor.Host.dicit,ꝙ si altera est vsitatior, illa dabit. hic non sunt alia ꝑ Doct.tacta.posset hic adaptari qõ. statutum dicit,ꝙ habenti pacem ab offenso,minuatur tertia pars pœnæ.Item blasphemanti Deũ, vel Sanctos imponitur magna pœna:an si pœniteat, ut hic in text. minuatur sibi tertia pars,& hẽat beneficium statuti,tanq̃ habuit pacem à Deo,& pniam,& absolutionem.Bar.consulit,ꝙ sic.& incip.Minister fratrum &c.Ego idem aliis rationibus.

De clerico excom. ministrante.

fuisset diutius expectatus(& sic contumax super causa prin-
cipali) non tamen super isto articulo innouationis nouiter
exorto:ideò nulla citatio fuisset necessaria.iuxta no.in c.con
suluit.de of.dele.per Inn.

SVM-

SUMMAE.

1 *Terminus idem potest limitari , siue statui ad diuersos effectus .*
2 *Sententia diffinitiua ferri potest in causa appellationis , altera parte absente per contumaciam,& lite non contestata.*
3 *Monacho potest delegari causa à sede apostolica.*
4 *Iudex ad quem,appellatione deserta , an possit in expensis factis in in causa appellationis , vel in causa principali , condemnare appellantem.*
5 *Condemnatio expensarum differtur vsque ad diffinitiuam sententiam.*
6 *Gestum causæ metus nõ solùm principaliter,sed per modum exceptionis peti potest infirmari .*
7 *Monachus promotus ad episcopatum quicquid quærit post promotionem,quærit episcopatui,non monasterio primo.*
Et in multis ab obseruantia regulæ liberatur.nu.8.
9 *Ecclesia per exemptos constructa in diœcesi alicuius episcopi cedit ipsi episcopo.*
10 *Possessor malæ fidei condemnatur ad restitutionem fructuum perceptorum.*
11 *Sententia lata contra monasterium indefensum,an sit nulla ipso iure: vel beneficio restitutionis rescindenda .*
12 *Restitutio quando conceditur aduersus probationem omissam,& probatur:infirmatur sententia in contrarium primò lata.*
13 *Iudici non imputatur,cum eius sententia cassatur,propter nouas probationes inductas coram superiore.*
14 *Sententia lata per iudicem à quo potest pro parte infirmari , & pro parte confirmari per iudicem appellationis.*
15 *Executor Papæ an possit alicui partium vim inferre, vel de possessione expellere.*
16 *Sententia non priuat aliquem possessione:nisi postea auferatur.*
17 *Monachus cui quærat.*
18 *Monasterium an teneatur ex contractibus abbatis, vel monachi.*
19 *Abbas an possit agere pro rebus ablatis monasterio.*
20 *Monacho si commissum est regimen alicuius ecclesiæ à suo abbate: & obuenit sibi opulenta hæreditas, vel aliud acquisiuit:cui quærat.*

CVm olim. Ex cã vtens duplici priui
legio exẽptionis (licèt in
vno succũbat)ex alio poterit obtinere.exemptus
nõ tenetur ,pmittere obedientiã diœcesano:nõ tñ pt sine ip-
sius licentia in loco nõ exempto ecclesiam cõstruere. prima
pars narrat factũ.scda diffinitionẽ legatorũ. tertia petitionẽ
mona.contra snìam.quarta Papæ snìam.primò interlocuto-
riã.scdò diffinitiuã.scda ibi[iudices.]tertia ibi[tandẽ.]quar
ta ibi [nos igitur.] ¶No.j.q̃ hic comparuit eps appellatus ,
& nõ prior,& canonici appellantes ad Papam. & dicit text.
[diutius expectauit.]rõ est: quia ad eius petitionẽ nõ pote-
rat ,pcedi in cã añ finem anni,vt dixi s̃.c.prox.& no. Inno.in
c.ex rõne.s̃.de ap.in uer.in appellationib.interpositis ad Pa-
pam in causis beneficialibus.quod dic,vt no.in c.j.j̃. de elec.
li.6.¶Secundò no.q̃ hic Papa assignat terminum ad produ
ctionẽ iurium:& ad audiendũ snìam, & ,pbandum quicquid
1 vtraq; pars probare in termino voluerit: † & sic ad diuersos
effectus põt idem terminus limitari,siue statui.& sic die exi-
tus præfigitur ad audiendam snìam: & hoc pp difficilem cita
tionem ad singulos actus fiendam in curia ad remotas par-
tes.vt in c.cum ex literis.s̃.de resti.in inte.aliàs citatio vr̃, q̃
debet esse certa.vt l.atqui aliter.§.j.ff.quod vi aut clã.¶Vtrũ
aũt ferendo snìam intra terminum , non in fine termini alia
citatio requiratur.dic,vt no.Bar.in l.ante calendas.ff.de ver.
2 obl.vbi omnino vide.¶Tertiò no. †q̃ in cã appellationis fer
tur snìa diffinitiua,altera parte absente per contumaciam:&
lite non conte.quod dic,vt s̃.de ap.c.per tuas.¶Quartò no.
3 †q̃ potest causa delegari à sede apostolica monacho. a quod
a est verum ex certa scientia Papæ: aliàs non teneret.quod est
verum ex certa scientia Papæ:aliàs secus,vt in c.statutum.de
re scri.lib.6.¶Quintò not.in uer.interim. reg.q̃ in causa ap-
pellationis non propositum proponam:& non probatũ pro
babo,vt l.eos.C.de ap.& l.per hanc.C.de temp.ap.& s̃.de te
sti.c. fraternitatis.ubi de hoc.¶Sextò no.q̃ Papa hic remit-
tit examinationem causæ ad iudicem à quo . quod dic, ut in
gl.4.¶Septimò no. in uer. iudices autem.q̃ hic per trienniũ
fuit causa protelata:& sic deserta erat instantia causæ appel-
lationis : & nihilominus iudices condemnarunt in expensis .
4 de quo est dubium,†an appellatione deserta , iudex ad quẽ
posit in expensis factis in cã appellationis:vel in causa prin.
appellantem cõdemnare.qd̃ dic.vt s̃.de rescr. c.ex parte. s̃.
vbi ẽt dixi.quid iuris de expensis,deserta appellatione cau-
sæ principalis,remisi ad Cy.in l.properandum.in fi.C.de iu-
di.istud tñ c.non vr̃ loqui de condemnatione expensarum fa
cta,appellatione deserta:cum hic fuerit lata snìa etiam in cã
principali:quæ non teneret post instantiã peremptam , vt in
cle.si appellatione . de ap.loquitur ergo de snìa lata in causa
principali per iudicem à quo:quibus fuit causa remissa p Pa
pam.quo casu cum de iure canonico non pereat instantia,ut
in c.venerabilis.s̃.de iud. potest tñ post triennium ferre sen-
tentiam tam in causa principali, q̃ ẽt in expensis in causa ap
pellationis desertæ,& remissæ ad iudicem à quo. qd̃ est not.
5 ¶Octauò no.†q̃ expensarum condẽnatio differtur vsq; ad
diffinitiuam snìam:qñq; verò fit statim.quod dic, vt s̃.de do
lo,& contu.c.finem litib.& l.sancimus.C. de iud.ubi sunt ca
sus spãles.Item q̃ expensæ probentur per iurm.quod intelli
ge,taxatione præmissa,iuxtà no.in c.super eo.s̃.quod me.cã.
& l.fi.§.in computa.C.de iu.deli.Et aduerte, quia hic fit con
demnatio expensarum factarum occasione negocij: qñq; fit
condemnatio in sumptibus à tempore contumaciæ, ut s̃. de
do.& contu.c.cum dilecti . qñq; in sumptibus ab initio litis ,
vt hic,& d.l.sancimus.¶Nonò no.in ver.infirmantes . q̃ hic
infirmatur priuilegium exemptionis ẽpi,pp extortum con-
sensum canonicorum:à contrario ergo sensu si fuisset spon-
tè accõmodatus,valuisset priuilegium.& sic põt eps cum ca-
pitulo eximere vnam ecclesiam à sua iurisdictione. quod dic
vt s̃.de reli.do.c.constitutus.& c.cum venera. de cen. Et col
6 lige ẽt hic,†q̃ illud,quod metus cã gestum est, non solũ prin
cipaliter,sed per modũ exceptionis peti põt infirmari . facit
l.metum.§.volenti.ff.quod me.cau.¶Decimò no.in uer.præ
7 terea. † q̃ monachus promotus ad ẽpatum quicquid quærit
post promotionem,quærit episcopatui,non monasterio pri-
mo.& hoc verum post promotionem: & idem in confirma-
to,& nõ cõsecratò,ex quo habuit possessionem.facit 18. q.j.
8 c.statutum.& est hoc no.†q̃ monachus, vel frater mendicãs
ad ẽpatũ promotus nõ recuperat testamenti factionem, nec
capacitatẽ acquisitionis bonorũ sibi,sed ecclesiæ suæ:in mul
tis tñ ab obseruãtia regulæ liberatur. ¶Quæro vtrùm ab esu
carnium,in monacho dic vt no. 16.q.j. ca.de monachis.facit
quod no.Bar.in tractatu Minoricarũ.ad fi.¶Vndecimò no.
9 in ver.insuper. † q̃ ecclesia perempta constructa in diœcesi
alicuius ẽpi cedit ipsi ẽpo:quia ædificium cedit solo:sicut plã
ta,& segetes in alieno fundo.vnde versus.

Quicquid plantatur,seritur, vel ædificatur.
Omne solo cedit radices si tamen edit.

10 Vt Inst.de re.di.§.cũ suo.& §.si Titius.¶Duodecimò no.†q̃
malę fidei possessor condẽnatur ad restõnẽ fructuũ percepto
rũ.& collige,q̃ ualet snìa incerta super fructib. quod dic , vt
dixi s̃.de rest.spo.c.grauis.& l.ex diuerso. ff.de rei ven.& l.in
,ppria.C.si qd alteri,vel sibi.p Cy.¶Decimotertiò not.i uer.
tandẽ.formã libelli.[dico snìam nullã : sed si aliqua appare-
ret,peto ecclesiam restitui tanq̃ læsam.]contraria ergo reme
dia rescissoria pñt sub cõdõne cumulari,vt nullitas, & restõ,
vt hic.& s̃.de rest.in inte.c.constitutus.Itẽ nullitas,& appel-
latio.ut s̃.de ap.c.dilecto.Itẽ dñiũ,& quasi, vt in c.abbate sa
nè.de re iud.li.6.facit l.cõtra maiorẽ.C.de inof.te.plura ue-
rò remedia nõ contraria an possint cumulari.dic ut in c.nul
lus pluribus.de reg.iu.lib.6.per Dy.& l.edita.C.de eden.per

Dy.& l.cum filius.§.variis.de log.2.& c.vt quis duas.de elec. lib.6.vbi videas,& de forma libelli huius tex.vide in Spec.de sen.prola.§.iuxta.ver.sed nunquid talis libellus. ¶Decimo-
11 quartò no.† ꝙ valet snia lata contra monasterium indefensum:licèt possit rescindi restitutionis beneficio cõtra minorẽ indefensum:an sit snia ipso iure nulla:vel beneficio restitutionis rescindenda.dic per Bar.in l.contra pupil.ff.de re iudi.cu ius dicta in pupillo vũr ad ecclesias indefensas cõgruè adaptari:cũ vtatur iure minoris,vt c.1.s̃.de testi.in inte. ¶Deci moquintò no.in ver.nos igitur.ꝙ monaste.restituitur ad ꝓducendum priuilegia exẽptionis; interest enim eius magis esse subiectũ Papæ, q̃ diœcesano:quia familiares decorant nobilitate dnorũ:sicut vxores resplendent radiis maritorum.vt l.fẽminæ.ff.de sena.hinc est,ꝙ inuitus subditus nõ põt p dominum subiici alterius iurisdictioni,vt l.inuitus.ff.de fideic.li. ¶Vtrũ aũt hæc snia lata cõtra monaste.præiudicaret Papæ de causa cognoscendi,ꝓbat tex.iste,ꝙ sic.ibi [ne in nos monasterii læsio.]&c.vide s̃.de cõsi.vti.vel inuti.c.cũ dilecta. & de re iud.c.suborta.& de fide instr.c.inter dilectos. ¶Decimosextò no.in d.ver. ꝙ sumptũ ex aliquo originali vt faciat fidem,requiritur,ꝙ faciat mẽtionẽ expressam de subscriptionibus,signis,& de lituris.vel si probarent ibi fuisse:non daret tali sumpto fides.in Auth. de instr. cau. & fi. in prin. Iõ cauti notarii dicũt se nil dimisisse,vel mutasse de substãtialibus: & ita vidi semp in sumptis poni. ¶Decimoseptimò no.in versi.
12 qa verò.† cũ restõ cõceditur aduersus probationẽ omissam, & probatur: infirmatur snia in cõtrariũ primò lata.& aduerte,qa Papa innititur nedũ ex priuilegiis prędecessorũ: sed ẽt ex præscriptione:ex quo tũ capite nõ fuerat restõ postulata. si ergo non fuisset efficax priuilegiũ exẽptionis,ad cuius productionẽ tãtummõ restitutus fuit:an ex ꝑscriptione Papa ita pronunciasset pro monaste.fortè sic,supplẽdo de facto,in fauorẽ ecclesiæ,vt in c.cũ venissent.de insti.cessante enim fauore tali,nõ vr ferenda scda snia cõtra primã ex cã nõ deducta. facit qd no.Inn.s̃.de off.dele.c.cũ cõtingat.secus cũ appellat à diffinitiua,q̃ põt iustificari ex alia cã,q deducta;vt l.scio.ff. de ap.dicit tũ Ho.notãdũ, ꝙ nulla iuris subtilitas obstat potestati,& processui summi Pontificis: ex quò veritas corã eo ꝓbatur.de hoc de accu.c.ad petitionẽ. facit quod no.in c.1.de
13 litis contest.¶Decimooctauò no.in ver.per hoc aũt. † ꝙ nõ imputatur iudici,cum eius snia cassat ꝓp nouas probationes inductas corã superiore.& sic nõ potest de imperitia cõdemnari:qd aliàs posset,vt Insti.de obl. q̃ ex quasi delic. in prin. & l.si iudex.de var.& extraor.cog.nõ credo tũ, ꝙ ex snia infirmatoria iudex,q tulit talẽ sniam rescissam, cõueniri possit,vel condẽnari,nisi fuisset pns: iõ requirit,vt citetur,iuxtà no.in c.in nra.s̃.de ꝓcu.c.vene.de sen.exc.lib.6.quantũ ergo ad honorẽ iudicis conseruãdũ,cuius snia retractat, bonũ est semp addere istã clausulã.[p hoc aũt in nullo.] &c. vt l.oẽm honorẽ.C.qã prouo.non est nec. vilescit enim iudicis dignitas,cũ iniustè,vel perperã processisse detegit,vt e.qualiter,& qn̄.j.s̃.de accu.¶Decimonònò no.in uer.cũq;. ꝙ subiectio, & libertas sunt contraria:eo ergo, ꝙ pronunciatur monasteriũ nõ subiectũ,pronunciatur exemptum: sicut cũ ꝓnunciat
15 rẽ meã esse,pronunciatur tuã non esse,ut l.Põponius. §. j. ff. de procu.& collige,in snia lata in cã appellationis cãm exprimendã.In causa verò principali dic,vt c.sicut. s̃.de re iud.cũ
14 si.¶Vicesimò no.†ꝙ snia lata p iudicẽ à quo ꝓ parte cõfirmatur:& pro parte infirmatur p iudicem appellationis. qd dic,vt s̃.de testa.[c.Raynu. & c.Raynal. ¶Venio ad aliquas oppositiones breues.dr hic in uer.interim aũt.ꝙ coram iudicibus,à quibus extitit appellatum,debent proponere, & ꝓbare quibus cãm Papa remisit.Sed contra;quia ad iudicem à quo non est cã remittenda,vt c.accepta.de app.& l.eos.C.de ap.so.dicit gl.4.& 5.ꝙ hoc factum est de partiũ voluntate. qd põt,vt in contrariis.Inn.dicit,ꝙ alii fuerunt iudices,q ꝓnũciauerunt.& dicit hoc patere in rescripto:vel sm eũ,verius est,quod dicit gl.qa de rescripto non constat. ¶Scdò op.dr hic, ꝙ Papa delegauit cãm monacho.contra de c.statutũ.de rescri.li.6.so.hoc fecit Papa ex certa scientia.& sic vr sup inhabilitate dispensare,vt in l.qdã consulebat.s̃.de re iu. & qd no.in c.ueniens.de fi.presb.p Inno. an aũt possit cã delegari priori claustrali.dic ut in cle.si principalis.de rescr.¶Tertiò op.dr hic,ꝙ iste.M.in epm iam promotus donare nõ potuit huic monast.contra.quia eps est loco dñi.de don. c.2. & hẽt generalẽ,& liberã administrationẽ.de ele.c.cum nobis olim. ad fi.ergo tenuit donatio ab ipso facta.ff.de procu.l.procurator,cui libera.so.pluribus modis scdm Host.sed uera solutio est scdm eũ,ꝙ hic non tenuit,vt s̃.de don.c.ceterum.¶Quartò opp. hic Papa confirmat sniam iudicum,ꝙ pronunciauerunt ecclesias constructas à monachis ad epm cũ fructibus pertinere.sed contra.non dẽt eps bona ecclesiarũ sibi uendicare.10.q.j.c.regenda.& de cen.ca.ecclesiis.sed hic ecclesias constructas,& fructus ipsarũ epo adiudicat:quare malè. sol. Doc.hic fatentur oppositionẽ. & dicunt, ꝙ ista adiudicatio est fiẽda ab epo,nõ ut sibi illã retineat.sed ut de illa, sicut de aliis suæ diœcesis ordinet: & fructus in ipsarum ecclesiarum constructarũ vtilitatẽ conuertat.de succes.abinte.c.fi. & c.cũ vos.de offi.ord.¶Sed iterũ ad idẽ opponitur,& vr,ꝙ istę ecclesiæ debuerint demoliri,vt in c.cum ex iniuncto.de op.no. nun. sol. ibi de ecclesiis constructis post denunciationẽ noui operis:hic uerò aliqua nunciatio epi non præcessit.¶Quintò op.dicitur hic, ꝙ ad priuilegia apostolica exhibenda fuit concessa restitutio:sed cõtra imò vr, ꝙ ipso iure debuerit audiri:quia si quis prætendit se exẽptum ex una causa, ut prætendebat iste monachus ex priuilegio libertatis episcopi: si succumbat,potest ex alia causa dicere se exemptum in nouo iudicio:nec obstabit exceptio rei iudicatæ,vt l.hæreditas ma terteræ.C.de pet.hæred.& l.Bebius Marcellus.ff.de pact.do. so.contraria loquuntur,cum certam causam expressit,& ꝓsecutus fuit:hic autem nullam expressit:sed dixit simpliciter se exemptum:vnde totum ius suum in iudicium deduxisse videtur,vt ff.de iud.l.solemus. necessaria ergo fuit restitutio in integrum:quia de iure communi non debuisset audiri, p rationem prædictam,secundùm Inn.Ho.dicit, ꝙ obiectio non procedit:quia hic non agebat mona.sed eps contra monast. quod patet;quia illi silentium imponitur.sed certè tunc magis videtur firma oppositio:si.n.dicimus monast.fuisse reum: exemptio vr deducta in iudicium per modum exemptionis: & sic post sniam de iure communi non potuisset mona. nouam exemptionem proponere,vt l.peremptorias.C.sen.rescin.non poss.nisi dicas, ꝙ quando ad idem competit actio, & exemptio(licèt per modum exemptionis in iudicium non deduxerit)non prohibetur in alio iudicio illud principaliter intentare,iuxta no.per Inn.in c.vl.s̃.de ord.cog.starem ergo cum Inno.ut tex.saluetur.qui dicit monasterium audiendum beneficio speciali restitutionis.¶Quæro,an iste portarius regis habuerit potestatem cogendi canonicos,prout fecit. dico,ꝙ non,per istum tex.quia si coactio fuisset licita:valuisset assensus,ut l.si mulier.ff.quod me.cau.ad hoc s̃. de const.ca.
15 cum ecclesia.& hinc sumpta occasione tractat hic Inno.†de isto executore etiam Papæ, an possit alicui partium uim inferre:vel de possessione expellere.videtur,ꝙ sic,vt ff.de re iudica.l.à diuo Pio.§.si super.& §.seq.dicit Inn. ꝙ quandoque loquimur de executore misto,qui habet causæ cognitionẽ: & potest, ut in contrariis.aut de mero: & tunc est sibi expressè remissum.& idem,vt l.prohibitum.C.de iure fis. li.10. qd tũ rarò,& non sine cã committendum est, vt ff.de iud.l.fina. aut non est sibi commissum: & tunc aut est lata sententia super re,super qua fit executio:& tunc uidetur,ꝙ executor possit tradere possessionem talis rei,si ibi non inueniat possessorem. Idem credo, si inueniat, & resistat, si iudex hoc sibi commiserit,vt l.qui restituere.ff.de rei uend, facit quod not. Inno.s̃.de off.delega.c.significasti.Si autem non est lata sententia

tentia:tunc quantumcunq; aliquis sit priuatus titulo(puta p tacitam renunciationem:vel alio modo)non dẽt executio cõtra eum fieri,nisi eo resignante,vt in c.cum nostris. & c.quia
16 diuersitatẽ.s̃.de concess.præb.¶Ex prædictis patet, †ꝙ snia non priuat aliquem possessione, nisi postea auferatur.an uerò priuet dñio:dic,vt Inst.de of.iud.§.fin.facit quod no.in d. c.cum nostris.per Inn.& in c.cũ venissent.s̃.de resti.in integ. ubi vtrũ sentẽtia priuet possessione in rebus incorporalibus: vt in iure eligendi,& similibus.& d. c.cum nostris.per Inn.& hæc habent locum in iudice,qui mandat executionem fieri. Si aũt mandetur alicui per rescriptum apostolicum, ꝙ alteri tradat possessionem alicuius rei,amoto quolibet illicito detentore:non extenditur hæc potestas,nisi ad illicitos detentores notoriè,vt in c.statuimus.de of.dele. Tu dic,scdm Inn.ꝙ extenditur ẽt ad occultos.facit ad prædicta l.meminerint.C. vnde vi.& quod plenè no.Inn.in c.fi. de præsum. vbi de materia executorum,& l.à diuo Pio.in prin.per Bar.& c.pastoralis.s̃.de of.dele.per Bert.¶Scdò quæro. dr hic de acquisitione canonici regularis promoti ad epatum. hinc sumpta occasione,tractat Inn.cui quærat monachus. Item qualiter mo-
b nasterium b ex suis,vel abbatis contractibus,uel delictis ob-
17 ligetur.¶Circa primum de monacho,vel canonico regulari dicit ipse,ꝙ aut stipulatur monasterio,aut tertio,aut suo nomine proprio.primo casu certum est,ꝙ quærit monast. sicut seruus dñio,si sit fugitiuus.de off.ord.c.quando. & hoc verũ, nisi monasterium expulisset eum:tunc enim nõ quæreret monaste.sed epo,à cuius iurisdictione nõ intelligitur absolutus: nisi ipse episcopus tradidisset eum curiæ seculari,vt s̃.de iudi.c.cum nõ ab homine.secundo casu cum stipulatur tertio: & tunc nec illi tertio quæreret:nec monaste.illi: quia non pt monasterio;quia non vult.vt.ff.de stipu.seruo.l.seruus meus. Item hæc sunt uera, ꝙ quærit monasterio, qũ acquiritur ex cã iusta:tunc enim quęrit dñio ẽt prohibenti:secus si ex causa iusta:quia tunc non quęrit,nisi dns ratum haberet.ut ff.de acq.poss.l.quod meo.§.fi.& l.quod seruus.& ar.l.idem. §. cũ procurator.& hic de acqu.quæ procedit ex causa cõractus. Si aũt ex causa vltimæ voluntatis, vel successionis abintestato:an quæ deferuntur monacho,monasterio acquirãtur:dic, ut no.Inno.in c.in præsentia.s̃.de prob.¶Secundo casu prin
18 cipali cum quæritur,†an ex contractibus abbatis, uel monachi teneatur monast.dic, ꝙ sic, inquantum patitur administratio eis cõmissa:& ẽt ultra,inquantum ex eorum acquisitione ad monast.peruenisset:aliàs verò monasterium nõ obligatur,ut s̃.de fide.c.quod quibusdã. ¶Quęrit ẽt circa hoc
19 Inn.†quid de rebus ablatis monacho, an abbas possit agere.dic,ꝙ sic,si erant mona.idem si extranei,cum mona.obligatum erat ad restõnem,scdm Inn.qui ẽt tangit, quid iuris, si abbas spoliauit monachum rebus depositis penes eũ.dic, ꝙ abbas tenetur depositi,pp dolũ,vt s̃.depositi.ca.2.monasterio tũ ex hoc delicto abbatis nõ obligatur, si res nõ erant mona.sed monacho cõmendatæ.¶ Circa hoc extra Docto.
20 quæritur†si monacho est cõmissum regimẽ alicuius ecclesiæ à suo abbate,& obuenit sibi opulenta hęreditas,vel aliud acquisiuit.dic ꝙ aut quærit ex re,vel ex opera sua:& qrit dictæ ecclesiæ,cui seruit.Si verò quæreret aliunde, quæreretur ecclesiæ principali.& hoc verum,nisi transferretur ad regimen alterius ecclesiæ taliter:ꝙ liberaretur ab obedientia primi ministri abbatis:tunc.n.illi ecclesię,ad quam transfertur,quæreret,ut in isto c.& hoc no.Bar.ĩ l.ul.ff.de sti.ser.& l.qd seruus. vbi ẽt de quæsitis p monachum.qui non est alicui mona.obligatus ad religionem in genere.dic vt ibi.

ADDITIONES.

a ¶Monacho.an autem monachus possit fieri vicarius episcopi, vide Ioã. de tur.cremata.in c.si quis 58.distin.

b ¶Qualiter monasterium.Adde hic Inno. Panor.& Doc.gl.in c.dilectus. de ord.cog.s̃.& in l.si peculium.§.1.de pecu.lega.Bar.& Bal.in Auth. ingressi.de sac.sãn.ec.Bar.in Auth. si qua mulier.C.de sac.sãn.eccl. Card.in cle.3.6.q.de procu.& in cle.1.§.quia verò.de statu mona.in 6.q.

SVMMAE.

1 *Possessio annexa oneri decimarum si venit ad priuilegiatum:priuilegiatus soluere non tenetur.*
2 *Continuè,quomodo intelligatur.*
3 *Renunciatio iuris tacita inducitur faciendo contrariũ priuilegio.40. annis.*
4 *Dominia rerum cum difficultate acquiruntur,& tolluntur.*
5 *Iura per consuetudinem acquisita,quanto tempore perdantur.*

ACcedentibus. Quadraginta annorũ spacio contra priuilegiũ ecclesiæ ꝑscribitur. & in prima partiũ comparitio,& actoris narratio.In scda indicum datio,ibi [discretioni.]¶No.primò, ꝙ isti hospitalarij subtrahebant decimas iã diu solutas: & sic uidebatur posse agi interdicto vnde vi:qd datur ẽt ad illa incorporalia: tũ de eis possessor expellitur,vt.s̃.de cã pos.c.cum ecclesia.hic tũ nõ vr sufficere,ꝙ probetur possessio.sed requiritur ꝓbatio tit.qui resultat ex præscriptione.40.annorũ.vt in Aut.nisi.C.de bo. ma.
1 & l.traditionibus.C.de pac.¶Secũdò innuit iste tex.† ꝙ possessio annexa oneri decimarum,si venit ad priuilegiatũ, priuilegiatus soluere nõ tenetur.qd patet:quia absoluitur, si ex aduerso ꝑscriptio nõ probetur.ar.cõtra.l.fiscus.ff.de iure fisci.facit l.cũ qdã.§.qd te.ff.de vsu.dic p Doc.vt in Aut.quas actiones.C.de sac.san.ec.¶Tertiò no.ꝙ Papa mandat,ꝙ isti ꝓbẽt.40.annis decimas continuè persoluisse. & ꝓbatur hic prius replicatio,q̃ exceptio opposita ab istis hospitalariis de suo priuilegio percipiendi decimas.rõ, quia de iure cõi probata erat exceptio,vt in c.ex parte.de deci.& per Io. An. de excep.c.à nobis.in 6.membro.Et aduerte,quia expedit, ꝙ
2 probetur continuè decima à.40.annis.†qualiter aũt intelligatur,cõtinuè.dic,vt no.ff.de vsur.vbi qualiter probetur cõtinuata possessio,quæ requiritur in præscriptione sine inter
3 ruptione.s̃.de præscri.c.illud.¶Quartò no.† ꝙ tacita renunciatio iuris inducitur faciẽdo cõtrariũ priuilegio. 40. annis. & sic põt qs renũciare suo priuilegio tacitè: vtrũ aũt exps̃è, dicã. j̃.in solutione cõtrarij.¶Opponitur.dr hic,ꝙ si minori tpe.40.annorũ soluissent,nõ ꝓiudicarẽt priuilegio suo.qd patet,qa mãdat istos absolui.Sed cõtra de.c.cũ accessissent.cũ si.s̃.de consti.vbi priuilegiũ ꝓditur faciẽdo vnũ actũ contrariũ.sol.gl.laborat in solutione huius contrarij,vt in ea habes. Inn.soluit quatuor modis.primò. qa cõuentus istorũ est vltra mare.possessiones aũt citra.hoc nõ placet;qa ꝑscriptio ẽ vniformis.s.40.annorũ, 16.q.3.c. quas actiones. scdò soluit, ꝙ hic monast.se iuuabat ex ꝑscriptione,nõ ex renũciatione: sed hæc ẽ falsa, vt hic in ver.cũ.n.tertij dicũt,ꝙ hoc corrigit: sed nõ placet.quarti dicũt,ꝙ vbi p priuilegiũ qrit,ius dñijnõ ꝓditur:nisi illegitimo tpe ꝑscribat.ubi verò dñiũ nõ qrit ex priuilegio:sed dat ptãs aliqd faciẽdi,vel nõ faciẽdi: tunc lo-
4 quunt cõtraria.†dñia.n.rerũ cũ difficultate acqrũtur; iõ cõsimili difficultate tollũtur,vt in reg. nihil tã naturale.nõ ita ĩ priuilegijs,q̃ sola impetratione,& qnq; sine motu ꝓprio principis cõceduntur: iõ facilius amittũtur.hãc solutionẽ reprobat ẽt Ho.Alij dicũt,ꝙ aut directè facit quis contra priuilegiũ:& loquũtur cõtraria.aut indirectè,vt soluẽdo. & tunc secus.qd declara,vt hic p eũ.Io.An.dicit,ꝙ istæ sunt diuinationes.Sed vera sol.est,quia.c.si de terra.loqtur de ꝑscriptione, 40.anno.q̃ hodie contra ecclesiã exigitur. illud ergo loqtur sm vetera iura.istud sm iura noua,sm eum.Sed certè non per hoc colligitur contrariũ, ꝙ ꝓdat priuilegium vnico actu tm: vel qnque.10.annis,vel aliter,& louius quàm 30.uel.40.annis.dic ergo,ut in d.c.cũ accessissent.subdit Inno.ꝙ siue sint cõsuetudines:siue cõstitutiones: siue priuilegia honorabilia: siue utilia ecclesijs, illa nunquam intelliguntur renunciari per unũ,nec p plures actus cõtrarios:quia nec possent exps̃è.C.de transac.l.præses.& l.contra.§. fina. ff. de pac.nam si

omnes vellent facere contra talia, vnus solus posset se opponere, & reuocare. de his, quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. & de re. ec. non alie. c. si quis. in ca. cum accessissent. & c. pro illorum. de concess. præb. vbi perditur priuilegium p pactum cõtrarium, intelligitur, cum ad eorum commodum priuilegiũ est indultum, vt hic per eũ. ¶ Quæro post Inn. & Host. † quanto tpe p dantur iura per cõsuetudinẽ acquisita. dicunt q̃ 40. annis. nõ minori tempore. sicut enim consuetudo non inducitur minori spacio, vt patet in eo, quod legitur, & not. s̃. de elec. c. Cumana. §. fi. sic nec desuetudo; quia eadem est ratio. ff. de legi. l. de quibus. de sepul. vio. l. 1. §. diuus.

S V M M A E.

1 *Exceptio super certo articulo non extenditur ad alium articulum.*
2 *Ecclesia dicitur priuilegio exemptionis gaudere, quando priuilegium intuitu ecclesiæ concessum est personis.*
3 *Canoniam, & beneficium curatum potest quis habere de iure communi.*

CVm capella, Ratione vnius beneficii dicitur ille subiectus, qui ratione alterius censetur exemptus. h. d.
1 cõis diuisio. secunda ibi [quocirca.] ¶ Not. primò, † q̃ exemptio qñque non est generalis: sed particularis super certo articulo, vt hic erat. & tunc non extenditur ad alium articulũ, & pp hoc sunt verba priuilegii diligenter ponderanda, pp varias exemptionum formas: de quibus vide aliquas. j̃. e. ti. c. si Papa. lib. 6. verba igitur priuilegii sunt rectè sumenda. cum enim sint contra ius commune, non sunt trahenda ad consequentiam, sicut nec ius singulare, vt l. quod verò. ff. de leg. Ad
2 de tñ, quod no. s̃. de dona. c. dilectus. ¶ Secundò no. † q̃ ecclesia dr̃ priuilegio exemptionis gaudere, qũ priuilegium intuitu ecclesiæ concessum est personis: per hoc tñ ecclesia nõ cẽsetur exempta: licèt personæ suæ per priuilegium sint exemptæ. gaudet ergo subditus priuilegio, quo non gaudet princi
3 palis. ¶ Tertiò no. † q̃ de iure communi potest quis habere canoniam, & beneficium curatum. de præben. c. de multa. & de rescrip. c. gratia. li. 6. ubi de hoc. ¶ Quartò no. q̃ certo respectu aliquis est exemptus à iurisdictione ordinarii: alia verò consideratione est eidem subiectus. & sic fingitur quis duplici persona, & diuersis respectibus esse exemptus, & nõ exẽptus. facit ad not. in c. cum olim. de re iudi. & c. ad audientiã. de præscrip. facit quod no. in c. solitæ. de ma. & obe. ¶ Tangit hic duo Inn. quæ iure nouo sunt hodie expedita. primum est, an exemptis canonicis alicuius ecclesiæ, intelligatur exẽpta & ecclesia. dic vt in c. per exceptionem. j̃. eo. li. 6. ¶ Secundò tractat, si Papa recipit clericos alicuius ecclesiæ in proprios, & speciales filios: vel in speciales subiectos. an videatur per hoc ipsos eximere à potestate episcopi. quod dic, vt hodie habetur in c. si Papa. j̃. eo. lib. 6. ¶ Quærit gl. si eximitur mona. cum capellis. an intelligatur de capellis præsentibus, an
a etiam de futuris nouiter acquirendis.[a] dicam. j̃. e. c. q̃a circa.

A D D I T I O.

a ¶ Nouiter acquirendis. facit de literas. de rescrip cum notatis per Anch. & quod no. Albe. in l. omnia priuilegia. in prin. C. de epi. & cle.

S V M M A E.

1 *Bisacutus gladius dicitur ex vtraque parte scindens.*
2 *Tenor priuilegii probatur per depositiones testium.*
3 *Dictiones, quod, vel, quæ, vel, sicut, videntur aliquid ponere.*
4 *Exceptio incerta vitiatur, sicut & incerta dispositio.*
5 *Abbas potest præscribere ius episcopale contra episcopum.*
6 *Abbas exemptus pro membris non exemptis tenetur episcopo respõdere. & nu. 8.*
7 *Et exercet in eis iurisdictionem. nu. 9.*
8 *Episcopus instituit clericos in ecclesiis non exemptis subiectis abbati.*
9 *Clericus duorum episcoporum si delinquat, & iniuriam faciat clerico alterius episcopi extra episcopatum quis de eo cognoscet.*

EXore Abbas monasterii exempti pro membris non exemptis ad sinodum episcopalem accedere, & episcopo parere tenetur. præmittit exordium. secũdò narrat factũ, & allegationes partiũ. ibi [cum igitur.] tertia diffinit ibi [nos ergo.] ¶ Not. primò verba proœmij [ex ore sedentis.] & c. quæ habentur Apoca.
1 1. & 19. & ponitur hoc proœmium quò ad casum c. materialiter. expone enim † [bisacutus.] i. ab vtraq; parte scindens ad modum ensis. nunc tangens actorem: nunc reum, prout causa desiderat. 2. q. 2. c. præceptũ. & ita fuit hic: quia partim pro actore, partim pro reo pronunciat. ¶ Secundò no. q̃ abbas, siue eius procurator hic probare nititur exemptionem. & hoc ideò; quia cum episcopi intentio sit fundata de iure communi: quod sibi sufficeret ad condemnationem abbatis exemptionem non probantis. vt s̃. de re. do. c. cum ven. facit. 100. di. c. cõtra mortem. ¶ Tertiò no. q̃ ad probandum exẽptionem, abbas produxit plura priuilegia. & sic semel exemptus videtur posse iterum eximi. vt sm̃ priuilegiũ aliquid operetur. ar. contra. ff. de verb. oblig. l. qui bis. & l. si creditori. de lega. 1. & s̃. de fide instru. c. inter dilectos. ad fi. & c. veniens. de præscrip. non enim videtur super eodem facto posse titulum duplicari: sicut nec dominium ex diuersis causis obtineri, vt plenè per Bar. in l. 3. §. ex plurimis. ff. de acq. pos. cogita.
2 ¶ Quartò no. † q̃ tenor priuilegii probatur per depositiones testium: quod qñ verum sit, dic vt. s̃. eo. c. cum olim. ¶ Quintò no. in ver. porro. q̃ priuilegium, qd̃ pro se iste abbas induxit, Papa retorquet in eum. eo enim ipso, q̃ abbas per priuilegium habere locum præeminentem declaratur, ad sinodũ debere venire concluditur. & per consequens sinodalia statuta recipere, sm̃ Host. vt supra de ma. & obe. c. quod super his. ¶ Sextò no. in ver. in priuilegio. q̃ ista verba [remaneant cõtenti, quæ prædecessores.] & c. videntur aliquam subiectio-
3 nem denotare, siue præsupponere. vnde dicit Inn. † q̃ hec dictio, quod, vel, quæ, vel, sicut, videntur aliquid ponere. de ver. sig. c. abbate. de cond. & demon. l. quibus diebus. §. dominus. arguit in contrarium Inn. q̃ debeant intelligi cõditionaliter. de lega. 1. l. si seruus. & l. si fic. §. 1. & melius in l. Stichum, qui meus erit. ff. de lega. primo. & l. cum pater. §. vltim. ff. de lega. secundo. & l. penultim. de instit. & substitu. & aduertendum quando alia dictio ponitur ad diminutionem, siue ad exceptionem alicuius dispositionis: si dicta diminutio, siue exceptio est incerta, remanet dispositio pura, & exceptio inefficax, vt ff. de adi. le. l. 3. §. si duobus. & l. Titię textores. de leg. j.
4 † sicut enim incerta dispositio vitiatur. ita & ĩcerta exceptio, vt l. 1. §. Labeo. de flu. & l. . . de excep. per Bar. ¶ Septimò no. q̃ in priuilegio Alexandri dicebatur [à fructibus eiusdem loci.] & c. ex quo infert hic Papa, q̃ abbates in aliquo obligẽ
5 tur episcopo. ex quo no. Host. † q̃ appellatione fratrum etiã continetur abbas. de hoc. s̃. de simo. c. fi. & facit quod no. in c. post electionem. s̃. de concess. præben. ¶ Octauò not. in versi.
6 nos igitur. † q̃ abbas potest præscribere ius episcopale contra episcopum. facit de exce. c. cum vene. ¶ Nonò not. q̃ licèt probetur monaste. exemptum, per talem exemptionem non infertur necessariò exemptio membrorum, siue capellarũ. de
7 quo in glo. pe. ¶ Decimò no. † q̃ abbas exemptus, pro membris non exemptis tenetur episcopo respondere. & sic diuersis respectibus aliquis est exemptus, & non exemptus, vt s̃. c.
8 proxi. Et hinc sumpta occasione, quærit Inn. † in quibus casibus ratione capellarum abbas teneatur coram eẽpo respondere in delictis. Item an abbas in talibus capellis non exemptis habeat iurisdictionem: & si sic, ad quem appellabitur ab eius sententiis, & præceptis. quò ad primum dic, q̃ aut abbas deliquit in capella non exempta, ibidem fortè clericos dictæ capellæ, vel extraneos verberando. & tunc sortitur ibi forum ratione delicti commissi in loco non exempto, vt j̃. eo. c. 1. lib. 6. aut non deliquit in illo loco, sed in personis (puta si est negligens in regimine dictæ capellæ: vel plurima infert clericis

ricis eiusdem.) & tunc eps̃ non p̃t punire: nec ẽt ipsum priuare dicta ecclesia non exẽpta. q̃a punitio delictorũ concernit magis iniuriã, q̃ personã, iuxta no. p In. in c. postulasti. de foro comp. & per Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. ex alia verò cã, q̃ delicti an abbas exemptus debeat coram eẽpo respondere. dicit In. q̃ sic, rõne contractus, & rei, de qua agitur. vt j̃. eo. c. j. li. 5. §. in eos. rõne verò domicilii non conueniatur abbas coram eẽpo: quia non censetur habere domicilium extra suum monaste. licèt clerici seculares in ecclesiis suis, & extra possint habere plura domicilia in ecclesiis suis: locus tamen, in quo tenentur ad residentiam, debet proprium domicilium reputari. s̃. de fo. comp. c. postulasti. & quod ibi per
9 Io. And. in glo. priuationis. † quò ad secundum, scilicet quis exerceat iurisdictionem in talibus ecclesiis non exemptis. dicit, q̃ abbas, vt no. de of. ord. c. quanto. & c. cum ab ecclesiarum. & si appellabitur ab eo, appellabitur ad eps̃m, ẽt à subditis non exemptis. ar. no. s̃. de ma. & obe. c. solitæ. & de don.
10 c. pastoralis. in gl. secus. in fi. ¶ † Quis autem clericos debeat instituere in ecclesiis non exemptis an abbas, vel eps̃. dic, q̃ eps̃ ad præsentationem abbatis, cui debebit de temporalibus responderi. vt s̃. e. c. cum & plantare. §. in ecclesiis. & de præb. c. in Lateran. ubi de hoc. & hoc uerum, nisi essent pleno iure concessæ monasterio quò ad utranq; legem. s. diœcesanam, & iurisdictionis: quia tunc abbas institueret. 16. q. 2. c. j. scd̃m Inn. ¶ Incidenter queritur: quia supra dixi, q̃ abbas exemptus delinquendo in personis non exemptis non põt p
11 eps̃m condemnari. † quid iuris si clericus duorũ eẽporum delinquat, & iniuriam faciat clerico alterius episcopi extra episcopatum: nunquid tenetur respondere corã illo, sub quo domicilium habet. dicit, q̃ sic, ẽt si tm̃ clericus eius sit. quia rõne clericatus sortitur quis forum. C. de epi. & cle. Auth. clericus. secus est aũt in abbate exempto: qui licèt delinquat in clericos diœcesani: tamen coram eo conueniri non dẽt; quia non est eius clericus: imò exemptus, licèt in aliquo sibi dẽat reuerentiam. prædicta sunt uera, qñ membra non sunt exẽpta, ut dixi. Si aũt sunt exempta, & non populus: tunc rõne delicti cõmissi in membris non poterit abbas coram eẽpo cõueniri. de populo aũt tunc est dicendum, sicut dictum est s̃. qñ membra nõ sunt exempta. quis aũt isto casu in dictis mẽbris exemptis instituat clericos. dic, q̃ abbas. & si deponendi fuerint, referent ad Papam. vt s̃. de sta. mo. c. in singulis. §. ordinantur. Si aũt abbas sit exemptus, membra, & populus: tunc in nullo dẽt abbas episcopo respondere, secundùm Innocen. Conclude ergo tres casus. nam quandoque est exemptus abbas, & non membra. quandoque abbas, & membra: sed non populus. quandoque abbas, membra & populus. & in omnibus casibus an in delictis, contractibus, & ratione possessionis, de qua agitur in institutione, & destitutione abbas subsit episcopo. & quis ipsorum iurisdictionem habeat in dictis membris, & ad quem debeat appellari, hẽs ex prædictis. quæ no.

S V M M A E.

1 *Nomen proprium priuilegiati debet exprimi in priuilegio.*
2 *Protectio generalis personæ, & rerum non eximit personam, nec res à potestate ordinarij.*

EXparte Receptus sub protectione Papæ per hoc non censetur exemptus. communis diuisio. scd̃a ibi [nos autem.] ¶ No. pri
1 mò, † q̃ in priuilegio debet exprimi proprium nomen priuilegiati, vt hic, dum dicit [ex nomine.] dicit tamen hic Ioan.
2 And. q̃ sufficit, q̃ ponantur circunstantię[a] in dubietate, licèt aliter non exprimatur nomen. de affin. & consan. c. tuæ. & C. de testamentis. l. hac consultissima. ibi de Gallo presso. & qd̃ no. 3. q. 8. c. libellorum. & l. quoties. de her. inst. ¶ Vltimò no.
2 † q̃ generalis protectio personę, & rerum non eximit personam, nec res à potestate ordinarii. secus de protectione speciali, cum quis se submittit Papæ intendens. de app. cap. ad audientiam.

A D D I T I O.

a ¶ Circunstantiæ. Circunstantiæ indubitatæ æquiualent expressioni nominis. Bal. in l cum prouo. §. demonstratione. ff. de contrah. emp. Sali. in l. in causis. C. de acc.

S V M M A E.

1 *Religiosi ecclesias suas possunt conuertere in proprios vsus auctoritate apostolica.*
2 *Dictiones, meum, tuum, & suum, denotant dominium.*
3 *Titulum habens in aliqua re, non dẽt ipsam apprehendere propria auctoritate: sed illius, à quo habet causam. & nu. 4.*
5 *Conferens titulum põt dare licentiam apprehendendi possessionẽ propria auctoritate ei, cui titulus est collatus.*
6 *Possessio non transfertur ex solo titulo, licèt dñium transferatur.*
7 *Concessio si facta est pleno iure, quod videatur concessum.*
8 *Concessio facta in proprios usus, an importet plus, quàm qñ conceditur pleno iure.*
9 *Ecclesia si cõcessa est alteri ecclesiæ, iura, & actiones an sibi conseruẽtur: an in ecclesiã, cui facta est concessio in usus proprios, transferantur.*
10 *Monasterium situm in una diœcesi: si habet possessiones in alia diœcesi, & imminet casus alienationis, quis episcoporum præbebit auctoritatem.*

PAstoralis, Religiosi priuilegiati à Papa super capellis in suos usus cõuertendis auctoritate diœcesani possessionem apprehendent, nisi aliud exprimatur. cõis diuisio. scd̃a ibi [ad
1 quod.] ¶ No. primò, † q̃ religiosi ecclesias suas possunt conuertere in proprios vsus auctoritate apostolica. & hoc fortè pp indigentiam: quod ẽt ex donatione eẽpi fieri p̃t, vt s̃. de dona. c. consultationibus. portione tñ congrua ibidem vicario perpetuò reseruata. & aduerte, q̃ hic appellatur ecclesia sua, ẽt quam quis non habet in proprios vsus: sed habet tantum-
2 modo ius patronatus. impropriè tñ dr̃ sua: † quia hæ dictiones, meum, tuum, & suum, denotant dñium, vt l. Quintus. §. argento. ff. de auro, & ar. lega. & l. cum sue ancillæ. cũ duabus se. de le. 3. & adde, qd̃ no. in l. 2. ff. de ori. iu. & l. stipulatio ista §. id quoq;. de ver. ob. facit ad no. s̃. de rescr. c. abbatis. ¶ Secũdò no. † q̃ hũs titulũ in aliqua re nõ dẽt ipsam apprehẽdere p̃pria auctoritate: sed illius, à quo hẽt cãm: siue cõcessio
3 fiat à Papa, vt hic: siue ab eẽpo. s̃. de rest. spo. c. cum venissent.
4 † sic & ille, cui ecclesia cõceditur in titulũ, non p̃t auctoritate sua p̃pria accipere. de præb. c. eũ q. li. 6. nisi p̃cesserit inuesti. vt no. Io. An. de consue. c. ex literis. de ele. c. transmissam. si militer & ille, p̃ quo lata est sn̄ia, possessionem sine auctoritate iudicis nõ ap̃hendit, vt l. miles. §. iudicati. ff. de re iudi. ad hoc tñ vide qd̃ no. in ca. cũ nr̃is. de cõcess. pb. & c. cũ venissent. de resti. in inte. similiter nec emptor. vt l. si ex stipulatione. ff. de acq. pos. hic tñ vide, qd̃ no. in l. p̃dia. & l. fundi venditor. e. ti. p Bar. & de acq. poss. l. minus instructus. p Cyn. Si aũt p̃pria auctoritate altero ex p̃dictis casibus apprehenderit, recuperatur ab eo uariis iurib. qd̃ dic, vt s̃. de rest. spo. c. sæpe. ¶ Sed hic incidenter q̃ritur. quare requiritur auctoritas eẽpi in apprehensione possessionis, cuius nullũ p̃tẽditur interesse, si possessionẽ ecclesiæ istis cõcessam in p̃prios usus ap-
5 phendãt. dic q̃ imò vertitur interesse tã eẽpi: q̃ ẽt reipublicæ quò ad hospitalitatẽ. Itẽ q̃a p̃t esse priuilegiũ subreptitium: & alia possent opponi, q̃ haberẽt dictã gr̃am irritare. ¶ Tertiò no. † q̃ ille, q̃ confert titulum, p̃t dare licentiã apprehendẽdi possessionẽ p̃pria auctoritate ei, cui titulus est collatus, vt patet hic in collatione Papæ. idẽ in vẽditore, q̃ cõcessit licẽtiã emptori ingrediendi possessionẽ rei venditæ, ut d. l. prædia. & l. fundi vẽditor. Idẽ in iudice. quod dic, vt no. Barto. in

l.iustè,ff.de acqui.pos.hic tñ adde,quod no.Inno.in c.qualiter,& quando.s̃.de accu.vbi an deposito,uel amoto prælato subditi statim possint ad electionem procedere ante licentiã eis concessam.& quod no.in d.c.cum nostris. ubi omnino ui
6 de.¶Quartò no.†q̃ licèt transferatur quandoq; dominium ex solo titulo:non tamen transferatur possessio: hic.n. ex sola concessione facta istis religiosis dominium ecclesiarum est in eos trãslatum.ut C.de sa. san. eccle.l. ut inter diuinum. & l.si mandauero.§.is,cuius bona.ff. man. ratio est : quia possessio plus hẽt facti,q̃ iuris.vt in c.cũ nostris.de cõces. præb. ¶Pro declaratiõe qõnis,de qua statim dicã,præmitte,q̃ qñ que ecclesia spectat ad religiosos,vel alios pleno iure:qñque in proprios vsus.quid ergo vtrũq; importet, prosequitur hic
7 Inn.primò ergo†quæro.qñ conceditur alicui pleno iure,qd videatur concessum.dicit ipse,q̃ regimen spiritualiũ,& tpalium:non tñ fructus suos faciet,vel sibi retinebit: nisi ad tem pus cũ solemnitate ex magna cã,vt patet in eo,quod legitur,
8 & no.s̃.vt ec.benefi.c.j.¶†Scd̃ò quæro.qñ conceditur in ꝓprios vsus:an plus importet,quàm qñ conceditur pleno iure.dicit In.q̃ sic.quid ergo importet, videamus. & primò an posit fructus ecclesiæ sic concessos in suos vsus conuertere. dicit,q̃ sic:conseruato tñ bono,& antiquo statu ipsius ecclesiæ:quẽ statũ non pót sine magna cã,& absq; auctoritate epi immutare.cã aũt posset eẽ,si defecit populus ipsius ecclesiæ, & diuitiæ remanserunt.est.n.tunc vtile illas transferri ad locũ,in quo maius seruitium fiat Deo : & si diœcesanus nollet consentire,agendum esset cum superiore.facit de iure pro.c.
9 nullus.¶Tertiò dubitatur.†an prædictæ ecclesiæ sic concessæ possessiones,iura,& actiones sibi conseruentur:an verò in ecclesiã, cui facta ẽ concessio in usus proprios transferãtur. dicit Io.An.post Inn.q̃ prædicta ecclesia retinet suas possessiones,iura,& actiones.ex quo inferunt, q̃ pro debitis ecclesiæ,cui concessio facta est,non possent res hmõi ecclesiæ sic concessæ alienari,vendi,vel pignorari:imò si prælatus sic cõuerteret,puniretur per ordinarium.12.q.2.c.fi. 17.q.4.p totum.& ex hoc etiam sequitur,q̃ creditores hmõi ecclesiæ sic concessæ possent petere separationẽ contra creditores ecclesiæ principalis.ff.de separa.per totum. Item ex hac conseruatione in statu pristino etiam sequitur , q̃ si alius erat eps ecclesiæ,cui concessio facta est:& alius ecclesiæ sic cõcessæ,nõ confunduntur iurisdictiones:sed quilibet retinet iurisdictionem in sua ecclesia,sicut prius.vt.s̃.de reli.do.c.2.& per hoc etiam patet,q̃ si imminet alienatio facienda alicuius possessionis ecclesiæ sic concessæ,eps suus auctoritatem præbebit, & non eps ecclesiæ principalis:per hanc. n. concessionem in proprios vsus epalis iurisdictio, & potestas tota remanet. Si aũt non remansissent possessiones , & iura penes dictam ecclesiã concessam:& imineret alienatio alicuius rei suæ,nõ requireretur in alienatione auctoritas epi , vbi sita est ecclesia concessa:sed epi,vbi sita est ecclesia principalis, sm̃ In.quod
10 an sit verũ aduerte latius.† pone monasteriũ sancti Galgani est diœcesis Vulteran. & in diœcesi Senẽsi habet multas possessiones,& bona.quæro ergo,si imminet casus alienationis, quis præbebit auctoritatẽ,an eps Vulteranus: an verò Senẽ. videtur,q̃ Vulteranus,vbi abbas habet domicilium ratione monaste.vt no.s̃.c.proxi.ad hoc.17.q.4. c. in venditionalib. vbi de hoc per Archi.& quod no.Io.An.de transac.c.cui. ad hoc optimè.ff.de rebus eorũ.l.magis.§. illud. vbi prætor dat auctoritatem alienandi rem pupilli sitam extra suã iurisdictionẽ.& ista est prima opi.Inn.& secunda est opi.Io. cõtraria,scilicet,q̃ auctoritas illius episcopi requiratur , vbi prædium est situm,vt no.12.q.2.§.q̃ si.& dicto c.in venditionib. Et idem Lau.ad hoc.s̃.de foro.compe.c.sanè.& quod no.Io. An.de sepul.c.in nostra.in gl.mobilib.ad idem de bo. aut.iudi.pos.l.si vnus.§.si is.pro & contra facit quod no. Spe.tit.2. §.consequenter.in fi.¶Tertia est opi.q̃ ad cautelam vtriusq; iudicis auctoritas requiratur.de excusa.tut.l.iuris pitos. §.1. & dicit Io. An. q̃ licèt istud sic consuleret:tamen de iure sic debet esse.s̃.vtranque auctoritatem præben.Nam auctoritas iudicis,vbi monaste.est situm,& abbas residet,ideò requiritur: quia non solùm monast. sed omnium rerum vbicunque sitarum spectat ad eum cura,& gubernatio. 10.q.j.c.regẽda. Item ipsius principaliter interest ecclesiã non depauperari. Item non eps prædij , sed ipse visitatur, & procuratur . facit de deci.c.fi.Et similiter procurationes legatorum,& decimas Papales.ista.n.non imponuntur prædijs,sed ecclesijs: & tunc bona,velut accessoria,sequuntur principale.j̃.de re. iuris. c. accessorium.cum concor.facit.C.de inco.l.3. 4. & 5. de mu. & ho.l.rescripto.§.vlti.Item coram illo super tali re pót conueniri.de rescrip.c.dilectus.il.2.super gl.2.per Ioan. An. Et ex his infertur opi.Inn.veram esse, q̃ licentia,siue auctoritas epi,vbi est monaste.& abbas residet,exigatur.similiter videt exigi auctoritas illius epi,vbi possessio est sita:quia sub iurisdictione eius prædiũ situ est.vnde coram illo debet principalis conueniri.de fo.compe.c.sanè.vbi de hoc per Io.An. det ergo vterq; licentiam.ar.de sen.excõ.c.cum illorum.§.si verò.Iac.de Are.in simili qõne dicebat cuiuslibet illorum decretũ sufficere.ar.l.fi.de p̃scri.lõ.tẽpo. vbi iudex domicilij,& iudex rei litigiosæ pót ferre sm̃iam super re.Ita dicit Ioa. An. alibi:sed non recolo,vbi tetigi hunc passum: & tenui In. opi. quia hic principaliter quæritur de auctoritate interponenda actui concernenti personam, scilicet abbatis alienantis. vnde iudex personæ censetur competens plus, quàm iudex loci, vbi possessio est sita : sicut cum vnus iudex dat tutorem pupillo : extenditur enim datio etiam ad bona pupilli sita extra territorium decernentis tutelã,vt l.non solum.§.qui testõ.ff.de excu.tu.per dñm meũ. Item si iudex interdicit bonis prodigo:extenditur hoc interdictũ ad bona prodigi , vbi cunque sita,vt not. Barto. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdi. & relega. ad hoc optimè dicta l. magis puto. §. illud.ff. de re. eorum.vbi in alienatione prædij minoris non requiritur auctoritas iudicis,vbi prædium situm est : sed auctoritas iudicis , vbi pupillus habet domicilium. & de pupillis ad ecclesias est bonum ar.s̃.de resti.in inte.c.j. & vide Bar.in l.cunctos populos.C.de sac.san. eccle. & l.propter litem.§.licèt.ff.de excu. tu. nã quia tutor datur principaliter personæ,dationis effectus se extendit ad res vbicunq; sitas, etiam extra territorium.& hoc no.

S V M M A E.

1 *Ad obseruantiam generalis interdicti tenentur illi, in quorum fauorem est interdictum:possunt tamen illi renunciare.num.3.*
2 *Excessus quorundam non præbet alijs licentiam excedendi.*
4 *Testator reliquit vxorem suam vsufructuariam,quãdiu castè vixerit:si primo anno vixit castè:secundo non:tertio rediit ad castitatem (ingrediendo fortè religionem:) an reassumat legatum.*

PEtistis, Quandiu templarij,vel hospitalarij non seruant interdictum ꝓ eis in loco prolatum:nec alij seruare tenentur.cõis di-
1 uisio.secunda ibi[ad quod.]¶No.primò, † q̃ ad obseruantiam gñalis interdicti tenentur illi, in quorum fauorem positum est interdictum.vt sic persona,q̃ est finalis causa interdicti,veniat sub gñalitate:sicut alias in generali sermone comprehenditur persona loquentis,iuxta no.in l.inquisitio.C.de solu.In generali verò relaxatione interdicti non uenĩũt odiosi:quorum causa interdictum prolatum est , vt in c.alma.de sen.excom.li.6.ibi[cum dedit quis causam iustã interdicto.] ideò ceteris plus ligatur.hic uerò hospitalarij p̃bueruut cãm interdicto iustè ꝓp̃ iniuriam irrogatam eis: iõ non arctantur plus,q̃ ceteri:sed æquali mõ.facit l.Lucius. §. Lucius Titius. ff.de le.2.& quod no. Bar.in l.4.§.ul.ff.de condi.ob tur.cãm. & pro tanto hic dicit Io.An.q̃ hospitalarij temporibus exceptis , poterunt celebrare tpe interdicti,sicut ceteri: quia iustè

stè dederunt causam:secus aũt si iniustè.ut d.c.alma.¶Secun
2 dò no.†q̃ excessus quorundam non præbet alijs licẽtiam excedendi.quasi dicat,q̃ non admittitur compensatio delictorũ:quia non minus ardebunt &c.2.q.j.c.multi.& s̃. de adul. c.intelleximus.ubi de hoc.& uide,quod no.in cle.j.de sen.ex
3 com.in glo.no.¶Tertiò no.†q̃ interdicto posito ad petitionem aliquorum uidetur,q̃ possint renunciare. quod patet: quia celebrando dicuntur temere agere:& sic videtur incurrere irregularitatem,sicut ceteri violantes.s̃.de cle. ex. mi.c. j.2.& 3.& c.j.de re iudi.lib.6.ar.contra ea,quæ not.per Inn. s̃.de offi.dele.c.P.& G.ubi sententia censuræ lata in alicuius fauorẽ,videtur,q̃ ille talis posit suspẽdere eius effectum. & ad hoc facit iste tex.dum dicit[quãdiu ipsi violauerunt.]&c. quasi eius obseruantia,vel violatio pendeat ab eorum ptãte. cogita,quia Doc.non tãgunt.¶Quartò no. sm̃ Io.An.q̃ ista Decre.distinguit inter propter,& pro.nec aliquid boni dicit. tu dic,vt no.in l.j.§.ex incendio.ff.de incen. rui.& nau. per Barto.vbi de dictione,ex:& de dictione,propter:& de dictione,de:an denotent causam proximam, vel remotam. & in l. bello amissi.ff.de excu.tu.vbi quærunt Doc. si stipendiarijs equis amissis in bello,debeat fieri emenda: si in bello vulnerantur,& sedato bello moriatur ex vulnere,an emẽda debeatur:non.n.moriuntur in bello.sed propter bellum.dic vt d.l. bello amissi.vbi tenet Bal.q̃ sic.¶Quintò no.q̃ quandiu hospitalarij violant interdictum eorum cã latũ,alij ad eius obseruantiam non tenentur.& aduertẽ,quia innuit tex:per istã dictionẽ,quandiu.q̃ hospitalarij semel violantes , & postea desistentes à violatione,reintegrant interdictum : quia talis violatio non videtur extinguere:sed suspendere eius effectũ. si.n.intelligeretur extinctum , non posset ipsorum voluntate resuscitari,ar.l.qui res.§.aream.ff.de sol.& de conse.dist.j.c. quæris.ex hoc qñque contingit,q̃ effectus dispositionis suspenditur,non extinguitur.quod est propriè.s̃.suspendere, & non extinguere.de natura istarum dictionum,donec,quous- & quandiu:hñt.n.in se tpis reuolutionem: & interdum iterationem:nec inducunt cõdõnẽ perpetuò extẽsiuã,vt l.Titius. de excu.tu.ad hoc facit,quod no.Inn.s̃.de consue.c.cũ inter. aliud est.n.suspendere ad tempus:aliud est tollere.ad hoc.ff.
3 ſia. ¶ Scdò no. † ꝙ ſola poſſeſsio cõſiſtens penes tertiũ, ſuper qua priuilegiũ impetratur, impedit vires priuilegij. qd̃ eſt intelligẽdũ de poſſeſsione bonæ fidei. j̃. de deci. c. 2. li. 6. de poſſeſsione verò malæ fidei certũ eſt, ꝙ nõ impedit, ſm̄ In. ar. s̃. de reſt. ſpo. c. grauis. & de præſc. c. fi. & quod no. Hoſtiẽ. s̃. de conceſ. præb. c. cũ noſtris. & c. literas. aliq tn̄ dicũt, ꝙ ſola poſſeſsio nõ ꝓpedit priuilegiũ: imò requiritur, ꝙ is, q poſsidet, hẽat proprietatẽ iuris. Nec ob. qd̃ hic dr̃. iõ. n. de ſola poſſeſsione facta mẽtione, & nõ de proprietate: quia de ipſa certũ erat, ꝙ ad aliquẽ ꝑtinebat, ſiue de iure cõi, ſiue ꝑ priuilegiũ, ſiue ꝑ ius cõe. ſed primũ verius, ſm̄ Inn. & Hoſt. ¶ Sed incidẽter quæritur hic. ſi iſti monachi non erant in poſſeſsione decimarũ noualiũ: ſed ſolũ debebãtur: an taciturnitas iure iſto impediat vires impetrationis iſtarũ monaliũ ſup ipſis non ſoluẽdis. qdã, ꝙ idẽ. ſed Inn. tenet cõtrariũ. dicit. n. ꝙ ſolũ decima nõ impedit vires priuilegij in futurũ: ſed ꝑ decimis noualiũ tpe præcedẽti monachi hẽnt actõnẽ. facilius ergo tollitur ius, cuius poſſeſsio nõ hr̃, q̃ ipſa poſſeſsio. hoc etiã tenet Ho. vt refert hic Io. An. ſuper gl. j. ad fi. vbi ſubdit poſt eos, ꝙ per ſolutionẽ taliũ decimarũ ꝑteritarũ fiẽdã à monialib. nõ q̃ritur monachis quaſi poſſeſsio: qa nunq̃ ꝑ id, qd̃ ſeqtur ex cõdẽnatione, q̃ritur poſſeſsio alicuius rei, vel iuris: niſi aliàs in cã deducatur. Hoſti. in hoc cõtra. nã poſſeſsio facti, vt. ff. de acqui. poſ. l. j. in prin. ẽt ꝑ violẽtiã acqrit̃: & fit reſtitutio, ſi ꝑdatur ꝓꝓ violẽtiã. vt ĩ c. in literis. de reſt. ſpo. Itẽ, ꝙ ꝑ ſm̄iam ꝑdatur poſſeſsio, dicit expreſsè in l. iuſtè poſsidere. de acq. poſ. ſed Ho. nõ aduertit ad dictũ In. q nõ dixit, ꝙ ex ſm̄ia, ſecuta ꝑſtatione decimarũ, nõ q̃ratur quaſi poſſeſsio: qa bñ q̃ritur, vt in c. q̃relã. s̃. de ele. Sed hoc eſt verũ, qñ ſoluitur ꝑ futuro tpe. ſed In. hic loqtur, qñ ad decimas male detẽtas in ꝑteritũ aliqs cõdẽnatur: tũc. n. (qa talis ſolutio tẽdit ad libera tiõnẽ, & diſſolutionẽ obligationis) nõ operatur eius oppoſitũ. ſ. acq̃ſitionẽ noui iuris ſup poſſeſsione. ar. l. 1 numeralib. ff. de ſol. teneo igit̃ cũ Inn. ¶ Opp. & vr̃, ꝙ iſtud priuilegiũ extẽ datur ad decimas noualium: quod alius poſsider: quia ĩ gratijs, & beneficijs eſt larga interpretatio facienda, vt s̃. de dona. c. cum dilectus. ſo. dicit Inn. illud, quod hic dicitur, habet locum, qñ de alieno fit gratia. † priuilegia enim alijs præiudicialia ſtrictè ſunt interpretanda: & quantum põt, ad iuris cõſonantiã reducenda, vt dicta. l. ex facto. & c. ſuggeſtum. & c. cum cõtingat. & c. ex parte. præall. Si aũt quis de ſuo daret, ſiue gratiam faceret, larga fieret interpretatio, vt. s̃. de do-

ma.t.cũ dilectus.& ex hoc infert,q̃ si aliq̃ decimæ detinẽ
tur iniustè ab aliquo,q̃ spectabant ad concedentẽ: q̃ priuile
giatus eas petere pōt:& non ille,ad quẽ de iure pertinent.&
intelligo hoc dictum:qñ concessio,siue priuilegium non est
super decimis certæ rei:tunc.n.si de iure spectant ad cõcedẽ
tẽ,siue habeat possessionẽ,siue non:tenet concessio sup eis.
& de hoc non est dubium.sed qñ cõcedit priuilegiũ sup deci
mis exigẽdis in certa villa,siue castro: intelligit de decimis,
quas possidet q̃ concessit.& de illis, quas nõ possidet:sed tñ
ius hẽt,nõ tñ de illis,q̃ ab alio possidẽtur bona fide:& ad cõ
5 cedentẽ nõ spectant,vt ex p̃dictis patet.¶Quærit In.†vtrũ,
qd̃ hic dr̃ de decimis noualiũ:vt priuilegiũ sup eis cõcessum
nõ extendatur ad illa,q̃ ab alio possidentur, hẽat locũ ẽt in
exẽptione.verbi gratia. impetrat abbas exẽptionẽ sui mona
ste. cũ capellis.an intelligatur ẽt de capellis, quas alij possi
dent,si de ipsa non hr̃ mẽtio. tenet Inn. q̃ possessio tertij nõ
impediat vires exẽptionis, si aliter nõ probetur priuilegium
p subreptionẽ obtentũ.Rõ differentiæ est:quia exẽptio non
fit,nisi cũ magna deliberatione.vñ præsumendũ est,q̃ Papa
oia sciuerit:& de possessione alterius:& de alijs, nisi contra
riũ probetur.ad hoc facit,qd̃ no.Io. An.s̃.de rescri.c. cũ dilec
ta.in glo. vñ.&.36.q.9. c.apostolicę.Collatio verò,maximè
noualiũ,& laborum propriorum, siue priuilegij collatio cũ
minori difficultate conceditur.nec ita districtè examinatur:
& ideò non vr̃ Papa ex certa scientia hoc cõcessisse, si ab a
lio possidebantur.alij in exemptione distinguunt,vtrũ dica
tur in priuilegio[eximimus monasterium cum capellis.]nõ
facta specificatione.an verò dicat̃ [cũ tali, & talib.capellis.]
vt primo casu non veniãt capellæ, quæ ab alio possidentur.
6 Secdo sic.† Subiungit quid habeant importare ista verba[exi
mimus monasterium cum capellis suis.]dicit Inn.intelligen
dum est,si sunt suæ:quia per verba non præsumitur velle da
re proprietatem.ad hoc.j.de rescrip. c.si gratiosæ.li.6. in fi.
Item intelligendum est, si alius non sit in possessione earum
bona fide.sed istæ subauditiones videntur contra illa, q̃ di
cta sunt per eũ: dixi.n. q̃ in exemptione non expedit facere
mentionem de possessione tertij:sed dicit, ipsa prædicta ha
bent locũ,qñ principaliter aliqua ecclesia deducitur in pri
uilegio:sed qñ ecclesiæ ponũtur quasi accessoriè(quia in ac
cessorijs non fit tanta examinatio,sicut in principali)pro tan
to priuilegium faciliùs vitiatur;quia non tam matura delibe
ratio,sicut in exemptione,q̃ principaliter agitur,adhibet, se
7 cũdùm eum.¶Vltimò quæritur.† quis debeat probare aliũ
possedisse tpe impetrationis priuilegij in casibus, quibus di
xi possessionem impedire vires eius.dic, q̃ priuilegiatus in
casu,quo dñs tpe,quo agitur,in possessione reperitur. Si au
tem priuilegiatus reperiatur in possessione decimarum:tũc
ille,q̃ rõne possessionis dicit priuilegiũ non tenere: dẽt pro
bare.ff.si vsusfruc.pe.l.vti frui.in prin.& ff.si serui.ven.l.sicu
ti.§.si quæritur.Si autem neuter possidet: videtur priuilegio
esse stãdum prima facie.s̃.e.c.porro.hæc videntur mihi di
cta Inno.in effectu satis confusa,& mihi de iure nõ clara.

S V M M AE.

1 *Remanentes in proprijs domibus non habent priuilegium confraternitatibus concessum.*

QVidam. Confratres priuilegiatorum (ni si ad eos in totum trãstulerint.)
1 ad ẽpalia iura tenentur.h.d.cõis diuisio. secunda ibi[verùm]¶No.primò,†q̃ qui remanent in pro
prijs domibus,non habẽt priuilegium confratribus conces
sum:oportet.n. q̃ habitum mutent:& bona sua monaste.cõ
ferant.vt s̃.e.c.vt priuilegiũ. nunquam enim à iurisdictione
eximuntur,nisi omnino transeant,secundùm Inn.& Host.fi.
alia sunt in gl.j.q̃ format cõtrariũ de l.nisi.de bo.po.ex testa
mẽto mi.fo.sm̃ Io.An. q̃ si de numero trãsfert ad numerũ,
hẽt priuilegium prius,q̃ illuc peruenit, vt in contrario: se
cus si non de numero,vt l.ex eo.alle.in gl.adde l. scriniarios.
C.d̃ test.mi.¶Quẽrit Io.An.vtrùm mercenarij diœcesis gre
gis,qui conducuntur à religiosis ad armenta ipsorum custo
dienda:vel ad seruiendum eis per annũ,pro stipẽdio possint
excõmunicari. dicit, q̃ sic. imò plus de omni lucro debent
decimam,& de parte gregis: nisi aliud in eorum priuilegijs
contineatur,vt.s̃ e.c.porro.& dicit hic Vin. q̃ isti fratres nõ
ibunt ad religiosos ad audiẽdum diuina;quia adhuc sunt pa
rochiani priorum.de paro.c.2.16.q.1.c.qui agunt.

A D D I T I O.

2 ¶Bona monasterio.monasterium dicitur possidere bona ingressi sine apprehensione.Bar.in l.qui vniuersas.§.si is.de acqui.pos.& in l hæreditas.C.de pac.conuen.& in Aut.si qua mulier.C.de sacrosan.eccle.& in l. si adoptauero.ff.de precarijs.Bal.in Aut.nisi rogati.C.ad Trebel.

S V M M AE.

1 *Nouale semel semper præsumitur nouale, quò ad priuilegium retentionis decimæ.*
2 *Terra noualis quæ dicatur.*
3 *Locus habetur pro culto,si apparent indicia,q̃ fuerit cultus.*

1 COnsultationi, † Quò ad priuilegiũ retentionis decimæ semel nouale semper est nouale.& primò po
nit dictum.2.rõnẽ,ibi[cum aliàs.]& corrigit opi.Ioan.q̃ te
nebat contrariũ,vt no.Vin.j.de verb.sig.c. quid per nouale.
& vide quædam hic no. per Io. An. j. de ver.sig.c. 1.¶No.
2 primò†q̃ terra illa dicitur noualis,de qua nõ stat memoria,
q̃ aliqñ fuerit culta:& dr̃ non stare memoria,qñ non est, q̃
viderit,vel audiuerit.nec est communis opinio,q̃ fuisset cul
ta.& si plures apparerent,qui dicerent se audiuisse ab vno,lo
co vnius habentur.de condi.& demõ.l.cui fundus.& c.licẽt.
3 2.de testi.¶Sed q̃rit Io.An.† quid si appareant indicia,q̃ lo
cus fuerit cultus(vt ædificia antiqua)vel est locus vicinus ca
stro depopulato.dic,q̃ habetur pro culto; quia per ædificia
probatur.& de hoc in spe. p̃dicto.§.ver.quid si non est.¶Vl
timò quod hic dr̃ in tex.[plus dispẽdij,quàm vtilitatis.]&c.
expone duobus modis,vt hic in nouella.

De Purgatione canonica.



VIa propter delicta ad purgationẽ sępius deuenitur:ideò post tractatum diuersorũ excessuum,subijcitur hæc rub.de cuius materia habetur in Decr.2.q.5.& 15.q.5. Cõueniunt huic rubricæ de offi.ordi. c. ex parte. de confes.c.j.& de testi.c.tam literis.de pręsump.c.literas.de re iudi.c.quod ad consultationem . de cohabi.cle.& mu.c.tua.de accu.c.cum P.& c.veniens.& c.cum oporteat.& c.inquisitione.& c.accedens.de calum.c.2.de simo.c.de hoc.& c.insinuatum. de hæreti. ex communi. §. qui autẽ.& §.adijcimus.& de aposta.c.tuæ.de adul.c.significasti.

S V M M AE.

1 *Præsumptio nobilitatis maior est in nobili,& ingenuo, q̃ in homine vilioris nationis.*
2 *Malus semel repertus amittit præsumptionem bonitatis.*

NObilis, Infamatus fide dignus p iurm̃ se expurgat.aliàs secus.hoc dicit. se
1 cunda ibi[si autem.]¶No.j.†q̃ maior est præsũ
ptio bonitatis in nobili, & ingenuo, quàm in homine vilio
ris nationis. vnde dicit l. quòd quædam mancipia præsu
muntur bona; quia de bono genere nata sunt. quædam ma
la; quia de malo genere, ut l. quod si nolit. §. qui assidua.
ff. de ædi. edi. facit quod not.supra de elec.c.vene. ¶Secdò
no.in ver.si autem.† quòd pręsumptionem bonitatis amittit,
qui malus semel postea reperitur.infamiam.n.facti non pos
sumus abolere.quod dic,vt no.Dy.in reg. semel malus.de re
gu.iuris.lib.6.& dicit hic Io.An.q̃ ista Decre.erat olim in ti.
de pur. vulg.vt hic uide per eum.

S V M M AE.

1 *Famam suam nemo debet negligere.*
2 *Suspicio sinistra oritur contra aliquem propter mala exempla.*
3 *Ordo est adhibendus contra infamatum de crimine, contra quem non apparet legitimus accusator.*

SI quis, Suspectus,qui tertiò monitus se nõ cor
rigit,cum hoc possit: ab officio suspen
1 ditur,donec se purget.h.d.¶No.primò,†q̃ non debet
quis negligere famam suam:talis. n. appellatur crudelis sui
ipsius. 12.q.2.c.nolo.ad idem.c.1.j.de re iu.lib.6.ibi[famæ
suæ prodigus,& proprij persecutor honoris.]¶Secũdò not.
2 †q̃ propter mala exempla oritur contra aliquẽ sinistra sus
picio:vnde dicitur de oculo impudico,de cito incessu,de ha
bitu incompositio.sunt.n.ista indicia malæ mentis.hinc est,q̃
animus per exteriora probatur.vt in l.non codicillum.C. de
3 test.& in ore stultorũ cor illorũ.¶†Tertiò no.ordinem adhi
bendũ contra infamatũ de crimine,cõtra quẽ nõ apparet le
gitimus accusator. requiruntur.n.monitiones istæ p ordinẽ.
quod intelligit Io.An.qñ ex facto eius post purgationem ces
sare posset infamia:puta expellendo mulierem de domib.ec
clesiæ,de qua suspectus est:vel cessante à familiaritate illius,
de qua est suspicio. j.e.c.cum in iuuentute.vbi verò mõnitio
non faceret in posterum cessare delictũ: tunc derisoria esset
monitio,vt non faceret,quod infectum fieri nõ potest: vt cõ
tingit in delictis momẽtaneis nõ reiterabilib.sed in habẽtib.
causam continuã,vel in reiterabilib.hẽt locũ qd̃ dixi.

S V M M AE.

1 *Pœna imponitur monialì,si de libidine conuincatur.*
2 *Purgatio monialibus est indicenda secundùm regulam.*

MOniales. No.primò,† q̃ sicut pœna im
ponitur rapienti, vel corrum
1 penti monialẽ,vt.C.de rap.ita ẽt ipsi moniali, si
de libidine conuincatur.qualiter autem conuincatur: dic,vt
s̃.de testi.c.præterea.& de prob.c.3.& c.capite 5.de adul.cũ
si.dicit Io.An.q̃ multæ sic insaniunt non sine periculo anima
rum ipsorum. ordinariorum:qui faciunt obseruari Dec.vnã.
2 de religi.¶Secundò no.† q̃ purgatio est indicenda secundũ
regulã.& hẽt regula,q̃ sm̃ qualitatẽ suspicionis ĩdicatur pur
gatio,& taxetur numerus purgatorum.de hære.c.ad abolen
dam.§.qui verò.

S V M M AE.

1 *Clericus constitutus in minoribus potest fieri irregularis.*
2 *Consentiens, vel auctoritatem præbens raptui deponendus est.*
3 *Infamatus potest poni ad tormenta: & cogi, vt dicat veritatem.*

SI quis. No.q̃ tex.simpliciter dicit[gradu eccle
siastico.]& sic comprehendit maiores,
1 & minores.ex quo arguit Io.An.†clericum constitutũ
in minoribus irregularem fieri posse, & degradari. de quo
2 ipse no.s̃.de cle.ex.mi.c.2.¶Secundò not. † q̃ consentiens,
vel auctoritatem præbens raptui deponendus est,si seipsum
prodiderit:subaudi in iudicio:vel extra, publicè gloriando.
s̃.de excess.prælatorum.c.q̃ sit graue.¶Tertiò not.glos.fi.de
3 triplici suspicione.& arguit Hostien. †infamatum posse po
ni ad tormenta,& cogi,vt veritatem dicat.remittit ad no. s̃.
de accu.c.si constiterit.& vide de ipsa triplici suspicione.2.q.
j.& s̃.de præsump.c.literas.in gl.pe.

S V M M AE.

1 *Purgatio indicẽda est infamato,licèt accusator deficiat in probatiõe.*
2 *Compurgatorum numerus est arbitrarius.*
3 *Principalis cogitur de veritate criminis respondere.*
4 *Dignitas episcopalis est ordo.*

QVoties. Infamatus,contra quem crimen probari non pōt,se purgare dẽt,
iurando de veritate:compurgatores verò de credu
litate iurabunt.& primò narrat factum. secundò ibi [com-
muni]ponit purgationis formam.¶No.j.q̃ Papa credit, &
præsumit istos,de quibus in suprascriptione, crimen huius
episcopi non ignorare.& hoc ideo propter vicinitatem,cum
ad ipsum peruenerit de longinquo.si. s̃.de præsum.c.quoſdã.
& c.quanto.¶Sedò no. q̃ plures fuerunt accusatores huius
episcopi.quod an posint,dic,vt in glo. econuerso autem an
vnus possit accusare plures.no.81.di.c.Maximianus. & ple-
nius.2.q.1.c.prohibẽtur.de quo in spe.de accusatore.in pri.
1 ¶Tertiò no. † q̃ licẽt accusator in probatione deficiat: est
tñ indicenda purgatio infamato.remittit Ho.s̃.de accu.c.cũ
P.& defecerunt isti,vel propter ætatem,vel pp infamiam, &
si.quæ repellunt testes,& accusatores.vt d.c.prohibentur. &
c.testimoniũ.& se.s̃.de testi.& de test.cog. c.pterea.¶Quar
2 tò no.numerum compurgatorum taxatum. † sed dic, q̃ est
arbitrarius.de hoc.j.e.c.inter.¶Quintò no.q̃ principalis iu
3 rat de veritate:compurgatores de credulitate. † & sic in cri-
minibus cogitur principalis de veritate criminis respondę-
re.quod dic per In.s̃.de ele.c.dudũ.& l.Marcellus.re.amo.p
Bar.¶Sextò no.q̃ episcopus,qui iurat,tangit euangelia. qd̃
est speciale:regulariter contra.quod dic, vt plenè not.in cle.
2. §. porro.de hæreti. & s̃.de iur.ca.c.fi. ¶ Septimò colligit
4 hic glo.ar. †quòd episcopalis dignitas sit ordo.de quo no.
32.di.§.1.& in procemio.6.li.in prin.& ad hanc partem alle
gat Io.An.multa iura.23.di.c.2.& c.si episcopus.54.di.c.nõ
debet.& c.se.& c.placuit.& c.fi.65.di.c.porro.70.di.c.j.75.
di.c.episcopi.93. di. c. cum in præterito. & allegat etiam ad
hoc alia iura in contrarium.allegat de scruti.in or.fa. c.vno.
in fi.de sacra vnc.c. vno. in quibus dicitur, episcopos conse-
crari:presbyteros ordinari.Item presbyteri eligebant olim
vnum ex se,quem episcopum nominabant.93.di.c.legimus.
ver.quod autem.95.di.c.olim.aliter non soluit.

S V M M AE.

1 *Iudex potest,infamia præcedente,non solum inquirere, sed purgationem indicere:accusatore,& testibus deficientibus.& nu. 2.*
Infamia sola non sufficit ad condemnationem: sed bene ad purgationem indicendam.
3 *Purgatio an habeat locum,quando agitur de crimine ciuiliter.*

NOs inter, Episcopus parochianum suũ infamatum ad purgatio-
nẽ cõpellit:nisi ab eo appellauerit. communis di
1 uisio.secunda ibi[considerationi.]¶No.primò† q̃ infamia
præcedente accusatore, & testib. deficientib. pōt iudex non
solũ inquirere:sed purgationem indicere. sed ille cogitur se
purgare.¶Secũdò no.q̃ tex.iste loquitur de purgatione in-
dicta à parochiano.& sic licẽt eps nõ possit sup oib. crimi-
nib.contra laicũ procedere(ne sic videatur absorbere iuris-
2 dõnẽ iudicis secularis,iuxta no.in c.nouit.s̃.de iud.)tñ† vr̃ si
bi sp̃ pmissum purgationẽ indicere.& sic p indirectũ iurisdi
ctionẽ in criminib.omnib.vsurpare.qd̃ an sit verũ.j. dicam
post Doc.¶Tertiò no.q̃ licẽt cõdẽnati de crĩe manifesto,si
ue notorio nõ appellẽt,iuxta no.in c.cum sit Romana. s̃. de
ap.tñ si crimen nõ est notoriũ,siue manifestum, sed infamia
est exorta de crĩe:poterit ille talis,cõtra quẽ inqritur,appel
3 lare.† sola. n. infamia nedũ sufficit, quòd excludat infama-

tum à beneficio appellandi: sed non sufficit ad condemnatio nem, sed ad purgationem indicendã. & sic loquitur totus iste titulus. minus est enim infamia, quàm semiplena probatio. qd patet, quia habita semiplena probatione, posset reus torqueri, & iurm deferri in supplementũ probationis, secũdùm quosdã: sicut in ciuilibus, iuxta no. in c. vlti. ff. de iure iurã. sed infamia non importat istum effectum; quia nec semiplenã ꝓbationem inducit: sed probationes alias coadiuuat, & confirmat, vt no. in l. 4. ff. de testi. & isto casu condemnatus, & cõuictus de crimine non appellat, vt d. c. cũ sit Romana. vide tñ, qd no. in c. tam literis. s. de testi. vbi no. gl. ꝙ in causa criminali ciuiliter mota præsumptio vnius testis non sufficit ad delationem iuri. & in c. veniens. e. tit. vbi de effectu vnius testis cũ fama in ciuili, & criminali. ¶ Vltimò no. ꝙ appellãs efficitur de foro iudicis appellationis in causa deuoluta: & eximitur à iurisdõne iudicis à quo, vt in c. vt debitus. & c. sup eo. s. de ap. & C. de app. l. eos. ¶ Opp. dr̃ hic, ꝙ eps paro chianũ infamatũ potest cogere ad purgationem. & sic de omnibus criminalibus intromittit se iudex ecclesiasticus contra laicos. ex quò vr̃ iurisdictionem temporalem in totum perturbare: cum tñ alibi fateat Papa nolle se intromittere, vt in c. nouit. de iudi. & c. cum sit generale. de fo. comp. & c. si duobus. de appel. so. dicit gl. tex. iste debet intelligi in criminibus ecclesiasticis, quæ numerantur in c. cum sit generale. s. de fo. comp. vel debet intelligi, in locis, in quibus ecclesia habet ẽt temporalem iurisdictionem: in aliis criminibus purgationem indicere ꝓhibetur, sm̃ gl. & idem Inn. qd sic probat. purgatio indicitur in defectũ ꝓbationis, & nõ aliter. sed vbi ꝓhibetur receptio ꝓbationis. & sic antecedẽs: vr̃ ꝓhibita receptio purgationis, canõ cõsequens, vt l. oratio. ff. de spon. facit qd not. Io. And. s. de accu. c. qualiter. 2. super verbo periculo. Arch. in c. 3. de cõsue. li. 6. tenet indistinctẽ, ꝙ possit eps indicere purgationẽ parochiano suo de crie infamato. probat primò p hanc Decre. vbi gñaliter quærit, & gñaliter rñdet, nõ distinguẽs inter crimina. gñaliter ergo dẽt intelligi. 21. q. 1. c. vlti. facit qd not. s. de of. or. c. 1. in 3. gl. Itẽ eps dẽt corrigere oĩa cria subditorũ. qd si omittit, dicendus est magis canis impudicus, q̃ eps. 2. q. 7. c. qui nec. Itẽ Host. cõcor. istas opin. dicit enim, ꝙ quò ad tpalem pœnã imponendã, est vera opi. Inn. & gl. sed quò ad pœnitentiã iniungẽdã est vera opi. Archi. isto enim respũ eps inquirit de oĩbus criminibus, vt d. c. 1. de off. ord. & circa hoc vide, qd no. Io. An. s. de iureiu. c. ad nr̃am. 2. sup gl. pe. ¶ Scdò op. tex. iste innuit, ꝙ quælibet appellatio subtrahit appellantem à iurisdõne iudicis à quo. Sed cõtra, de c. cũ sit Romana. s. de app. so. vt in gl. fi. quæ intelligit hunc text. cũ appellat ex iusta cã: puta qa non vult recipere testes notos ad probãdũ bonã famã: sed recipit ignotos, inimicos, vel viles. & collige, ꝙ licèt in criminibus manifestis nõ admittatur appellatio: tñ si qs grauat in cã criminis manifesti, sup aliquo articulo admittatur appellatio: puta manif. stum, vel notoriũ est crimẽ: delinquens ad exclusionẽ pœnæ allegat illũ potuisse occidi: si sup hoc articulo grauaret, appellare posset: licèt nõ à snía diffinitiua. qd not. ¶ Quæro, pone, † ꝙ agit ciuiliter de crie. an habeat locũ purgatio: ita ꝙ in ea deficiẽs puniat: pone exemplũ, cũ mulier accusat de adulterio: vtrũ si de isto est ĩfamata, & in purgatione deficiat: cõdemnabitur, vt adultera, ad separationem thori. dicit Io. And, ꝙ sic, isto casu. secus vbi ageretur ad dissolutionem coniugii: tunc enim non admittitur purgatio: nec propter defectum purgationis dissoluitur coniugium. quia nec præiudicaret confessio sine aliis adminiculis. s. de eo. qui cog. consang. vxo. suæ. c. super eo.

S V M M Æ.

1 *Compurgatores quales esse debeant.*
2 *Pœna quæ sit, quæ infligitur illi, qui deficit in purgatione indicta.*
3 *Compurgatores venientes voluntariè ad purgandum, sunt admittendi.*

1 C Vm. P. No. primò, † quales esse debeãt purgatores: debent enim agnoscere vitã eius, cui purgatio a est indicta. ratio est; quia non testificantur de veritate criminis: sed de credulitate. vt s̃. eo. c. quoties. sed testimonium credulitatis debet fundari super verosimilibus coniecturis, ex studiis, conuersatione, & vita illius, quem purgant. facit c. ex studiis. s̃. de p̃sump. In aliis dispositionibus an testes debeant cognoscere contrahentes. dic vt l. fin. C. de iure do. & l. 1. ff. de testi. ¶ Scdò not.
2 † pœnam infligendam illi, qui deficit in purgatione indicta: quia officio, & beneficio priuatur. & sic punitur, ac si esset punitus de crimine intentato, vt hic. & s̃. eo. c. inter. & hoc dicũt quidam verum, quando ipsam præstare attẽtat, & in ipsa deficit. secus est autem, quando renuit, vel negligit: tunc enim nõ priuatur perpetuò: sed suspenditur vsq; ad condignam satisfactionẽ. i. quousq; se purgauerit. s̃. e. c. 2. vel dic, vt no. hic In.
3 ¶ Tertiò no. in ver. præcauẽs. † quòd compurgatores ad purgandum voluntariè venientes sunt admittendi. & sic admittuntur voluntariè, non coacti, vt hic & j̃. c. proximo. Nõ ob. s̃. de testi. eo. c. super his. vt ibi per Io. And. Nec debet iudex eis ostendere maleuolentiam, vel indignationem, quam etiã non debet ostendere cuicunque criminoso. vnde dicit alibi lex. Id enim non est constantis, & recti iudicis, cuius animi motus vultus detegit: nec exçandescere debet aduersus eos: quos malos putat. vt l. obseruandum. C. de offi. præfi. sumat igitur vultum legis: quæ nõ irascitur. sed constituit. vt dicit Seneca in tractatu de ira.

A D D I T I O.

a ¶ Cui purgatio. Purgatiõ an debeat fieri per iuramentum, vide Ioan. de Turre cren. ata in c. sancimus. 2. q. 5.

S V M M Æ.

1 *Iafamia sola criminis sufficit ad indicendam purgationem.*
2 *Absolutio impensa ex causa improbata à iure non impedit reiterari processum etiam ab eodem.*
3 *Accusari an possit de eodem crimine post purgationem ille, qui se purgauit.*

E X tuarum. Absolutio ad vulgarem purgationem facta non tenet. communis diuisio. secunda ibi [quia verò.]
1 ¶ No. primò, † ꝙ infamia sola criminis vr̃ sufficere ad indicẽ
a dam purgationem. de quo s̃. c. proximo. ¶ Secundò not. † ꝙ absolutio impensa ex causa improbata à iure nõ impedit reiterari processum, etiam ab eodem: quia snía est ipso iure nulla lata contra iura, & ex falsa causa, vt in c. 1. s̃. de re iudi. & l. qui testamento. ff. de excu. tu. ergo idem iudex poterit iterũ
3 procedere. vt l. 3. C. de accu. ¶ Quærit glo. † vtrùm post purgationẽ possit ille, q̃ se purgauit de eodem crie iterum accusari. in gl. sunt opi. quidam distinguunt. an ꝓcessum fuerit ad purgationẽ cũ accusatore pnte: an verò accusatore non comparente. Alia est opi. Lau. ꝙ non possit iterũ accusari. & hanc opi. tenent Ala. & Tan. exceptis casibus, qui no. s̃. de accu. c. de his. Hug. tenuit totum cõtrariũ, s. ꝙ semper post purgationem poterit accusari. qd posset esse verum, vbi absolutio nõ sequitur purgationẽ: quo casu ẽt si purgasset, se ignorante (ex quo absolutus non fuit,) posset accusari: quia non eundẽ effectum parit plena probatio, quẽ absolutio, vt l. sed si possessori. ff. de iureiur. vbi verò post purgationẽ absoluitur, sit uera opi. Lau. tñ secundùm Gof. uolens probare purgatũ deieraſse, dẽt admitti: & retractabitur absolutio facta prætextu falsi iuri iudicialis, vt l. admonendi. ff. de iureiu. Hos. distinguit, ꝙ si est indicta purgatio, & ad excusandũ terminus assignatus, & absolutio sequuta: non debebit se ulterius purgare de infamia pcedente. & hoc uerum, qñ purgatio indicta sit bona fide: secus si mala fide, ꝓcurrendo, & supplantando, q̃ se ad accusandũ parabat. ad hoc. ff. de iureiur. l. eũ q. §. in popularibus.

ribus. & l. si duo. §. fi. e. ti. & vide de ista q. 2. q. 5. c. memini. & in spec. de aboli. in fi. & per Ho. in sum. e. ti. §. pe.

S V M M Æ.

1 *Compurgatores quales esse debeant.*
2 *Bonus præsumitur quis, vel malus secundùm nationem.*
3 *Subtilitas nimia reprobatur.*

C Onstitutus. Sufficit, ꝙ purgator sit ab Ecclesia toleratus, bonæ famæ. nec de crie cõdemnatus. & in prima facti narratio, & reprehensio. in secunda prouisio, ibi [sanè.]
1 ¶ † No. j. quales esse debeãt compurgatores. primò ꝙ ab Ec
closia tolerentur. secundò, ꝙ sint bonæ famæ. tertiò, ꝙ in suis ordinibus ministrent. quartò, ꝙ de crimine non sint condẽnati. quintò, ꝙ moderno, & præterito tempore notum hẽant illum, quem purgant: his quinq; concurrentibus admittitur ad purgandum. exceptio igitur crĩs non repellitur: nisi de crimine sit infamatus. debet ergo esse cautus excipiens: nec sup crie tantummodo exceptionem fundet: tunc. n. tanq̃ excipiẽs ineptè succumberet, vt l. j. §. Labeo. ff. de flu. & s̃. de proba. c. in præsentia. ¶ Scdò no. ꝙ in promouendo est subtilis inda-
2 gatio facienda de nationibus, & cæteris. † præsumitur. n. quis bonus, & malus secundùm nationem, ut l. ꝙ si nolit. §. q assidua. ff. de ædil. edic. Item ex noĩe. turpe. n. nomen nõ debet quis assumere, vt l. facta. §. fi in danda. ff. ad Trebel. ¶ Tertiò no. formam iuri compurgatorum: de qua ẽt. s̃. eo. c. quoties.
3 ¶ Vltimò no. † ꝙ nimia subtilitas reprobatur. nam qui nimis emungit, elicit sanguinem. 3. di. c. deniq;. nec debemus de iuris apicibus disputare, vt l. fideiussores. §. in omnibus. ff. mandati. Et aduerte; quia testes isti non iurant de ueritate: sed de credulitate. Alii verò testes debent deponere de ueritate, & de uisu: vel sensu corporeo percipiunt, non intellectu, & cõiecturis, iuxta no. in c. cum causam. de testi. per Inno. & 3. q. 9. c. testes. & c. de his.

S V M M Æ.

1 *Officium Papæ in quo consistat principaliter.*
2 *Pœna à iure statuta potest augeri propter immunitatẽ criminis.*
3 *Iudex ordinarius, qui inquirit, potest inquisitionem formare, etiam sine inquisitione famæ. secus in delegato.*
4 *Casus tres indicendi purgationem.*
5 *Cõpurgatores debent habere notitiã de illo, quẽ purgant tempore præterito, & præsenti.*
6 *Infamia facti qualiter deleatur de mentibus hominũ.*
7 *Mucro est duplex: eradicãs, & mortalis: disciplinãs, & medicinalis.*
8 *Deficiens in purgatione priuatur officio, & beneficio.*

I Nter. Propter magnitudinem crĩs, ẽt à beneficio suspenditur infamatus. hoc primò. & augetur numerus compurgatorum. hoc secundò. q̃ debent esse probati, fideles, & noti. hoc tertiò. & interdum ex cã post purgationem pristinam ad tempus quis suspẽditur. hoc quartò. deficiens in purgatione punitur, ut cõuictus. hoc quintò. secunda ibi [attendentes.] tertia ibi [purgatione.]
1 quarta ibi [in pena.] quinta ibi [ꝙ si.] ¶ Nd. j. in quo † cõsistit principaliter officiũ Papæ. s. vt capiat uulpeculas. i. hæreticos ad modum vulpium latebras quærentes. facit. 43. di. c. quanto.
2 ¶ Scdò not. † ꝙ propter immanitatem criminis augetur q̃ũq; pœna à iure statuta: sicut ex causa q̃ũq; minuitur, vt in §. pœna grauior. & aduerte, quia Papa dicit [nolumus improbare.] an autem hæc uerba sapiant approbationem. quidã, ꝙ non. & sic remanet casus iste dubitabilis hodie, sicut olim. vt no. 2. q. 5. c. presbyter. alii contra. nam ex quo deductũ in iudicio nõ improbatur: ergo illud approbat. s̃. de præb. c. cũ iam dubium. & hoc tenet Io. An. post Inn. & Ab. & hoc dubium procedit in suspecto de hæresi. suspectus uerò de dilapidatione omnino suspenditur. vt s̃. de simo. §. quia verò. dic
3 vt ibi. ¶ Tertiò no. † ꝙ sola infamia præcedente, iudex pt̃ inquisitionem formare, ẽt sine inquisitione famæ, cum est ordinarius, qui inquirit: secus in delegato, secundùm Ho. qd dic vt s̃. de accu. c. cùm oporteat. & c. qualiter. & e. ti. c. 2. lib. 6. & quare tex. iste dicit [non improbamus.] & non dicit [approbamus.] dicit Io. An. ꝙ pro tanto sic dicit: quia, cum seruatur forma, de qua no. in glo. j. in uoluntate est Papæ approbare,
4 vel improbare. ¶ Quartò no. in uer. attendentes. † tres casus indicendi purgationem. infamia, graue scandalum, & uehemens suspicio. alios duos habes. de simo. c. licèt. & uide quod de scandalo no. Io. An. s̃. de accus. c. qualiter. 2. super uer. periculum. & dicit Ho. ꝙ quælibet istarum causarum p se sufficit: multò magis cum simul iunguntur, vt hic erat. & hac de
5 causa augetur numerus compurgatorum. ¶ Quintò no. † ꝙ compurgatores debent habere notitiam de illo, quem purgant tempore præterito, & præsenti: quid ergo si tales non possunt inueniri, non pp̃ malam famam illius, à quo purgatio postulatur. sed quia forensis est: vel pauper, & amicis carens 11. q. 3. c. pauper. vel propter inimicitias, quas habet in loco. j̃. e. c. cum in iuuentute. dicit Host. tali subueniendũ in diminutione numeri compurgatorum: & admittũtur alii cõpurgatores. licèt non multum habeant illum notum: dũmõ concurrant illa quatuor, de quibus s̃. c. proxi. & j̃. e. c. cum in iuuentute. & quod ibi no. in gl. fi. de frigi. c. laudabilem. & qd ibi no. de acc. c. cum P. in ult. gl. & quod no. Io. An. j̃. e. c. accedens. ¶ Sextò no. ꝙ purgatione recepta, adhuc durat suspensio à beneficio, donec infamia bona fama cõtraria deleatur: & speciale est in isto crimine, vt post purgationẽ præstitã duret ista pœna. idẽ scdm quosdam in quolibet grani crie, ut ff. de legi. l. non possunt. regulariter verò præstita purgatione, absoluendus est, & plenè restituendus. vt s̃. e. c. ex tuarum. & c. accedens. 2. q. 5. c. super. & c. presbyter. plura ergo colligũtur specialia in hoc crimine. primum hic. s. ꝙ remanet suspẽsus. duo alia colliguntur ex principio: quia suspenditur à beneficio statim: & ad sonitũ primæ famæ inquiritur de ueritate. quartum de numero. 14. q. 2. c. j. quintũ, ꝙ duo epi ad purgationem adiunguntur. sextum, ꝙ requiritur in cõpurgatoribus, ꝙ vitam præteritam purgandi cognoscant. cum aliàs videatur sufficere notitia modernorum. vt s̃. e. c. cum P. ¶ Se
6 ptimò not. bonum text. † qualiter facti infamia de mentibus hominum deleatur. s. p bona opera, quæ sequuntur. licèt ergo Papa, vel Imperator non possit abolere infamiã facti: tñ bonis operibus aboletur. quod tene menti. ¶ Octauò nõ. seueram pœnam deficientis in purgatione, cum quis erat de hæresi diffamatus, concurrẽtibus graui scandalo, & uehemẽti suspicione. nam ecclesiasticę disciplinæ mucrone percelli-
7 tur. de isto mucrone tangit Io. An. post Ho. † dicit. n. ꝙ est duplex mucro. s. eradicans, & mortalis: ut est degradatio. & de tali loquitur hic, & de homi. c. pro humana. alius disciplinãs, & medicinalis. s. excõicatio, q̃ & mucro dr̃. 16. q. 2. c. 2. & de rebus ecc. non alie. c. si quis. primus mucro tendit ad punitionem: post quem non de facili dispensatur: & est propriè episcoporum. s̃. de ele. c. transmissam. secundus tendit ad correctionem. de sen. ex. c. j. li. 6. quidam intelligunt istud c. de secũdo mucrone. s. excõicationis. sed malè, secundùm Ho. nã pœnitens non debet excõicari. nam excommunicatus dẽt tunc absolui, cum pœnitet. 11. q. 3. c. debent. nisi dicas ad tempus
8 in pœnam hoc fieri: quod placet Ho. ¶ Nonò no. † ꝙ iste deficiens in purgatione priuatur officio, & beneficio: & tñ actũ erat per modũ inquisitionis. & est rõ, quia istud crimen, etiã post pnĩam impedit ordinis executionẽ, vt no. s̃. de acc. c. inquisitionis. j. rñso. Goff. dicit, ꝙ iõ hic fuit depositus: quia purgatio ab accusatione deseenderat. & iõ pœna accusationis, si probata fuisset, debuit imponi ex defectu purgationis. vt s̃. de accu. c. accedens. Non ob. quod hic dr̃, ꝙ nullus apparuit accusator. non. n. apparuit nunc: sed bene apparuit in prin. &

destitit,sm̃ Io.An.¶Decimò no. q̃ p̃sumitur cõtra aliquem, vel q̃ aliquo ex societate,vt in gl.antepe.quã no.¶Op.dr̃ hic in fi.q̃ iste dẽt detrudi in arctũ monast.sed contra,imò vr̃, q̃ debeat degradari & tradi curiæ seculari,vt in iuri.all.in gl.fi. Io.vt in ea.q̃ distinguit inter cõdẽnatũ ex p̃sumptione,& cõdemnatũ verè.i.ex veris probationib.Ho.dicit,& placet Ab. q̃ hæc Decre.loquitur, cũ pœnitere vult.aliàs.n.renuit,& si c incorrigibilis traditur curiæ seculari,vt in contrario,& s̃.de iud.c.cũ nõ ab hoie.loqtur ergo iste tex.in eo,q̃ abiurat hæresim:quo casu nõ traditur,nisi sit relapsus, vt in contrario. vtrũ aũt ex solis p̃sumptionibus cõdẽnet qs de isto crie.dicit Io.An.q̃ sic,si sit publicè infamatus. qa familiaritatẽ hẽt cũ hr̃ticis:seu cõuenit ad occulta cõuẽticula: siue, qa disfidet à vita,& moribus Catholicorũ,quib.casibus idẽ est,qd̃ in aliis cribus.vt in purgatione deficiens canonicè puniatur, & verè cẽseatur hr̃ticus.de hr̃ti.c.excõicamus.§.adiicimus. vnde & hic deponitur ab offo, & bn̄ficio, & detruditur in monasteriũ,q̃ est pœna hr̃tici redeuntis. Si verò non sit infamatus de his:sed sola p̃sumptione(puta qa perseuerauit in excõicatione p̃ annũ.de pœnis.c.fi.vel ob aliã p̃babilẽ cãm:)tunc si ad arbitriũ ep̃i se non purgauerit,nõ cõdẽnatur statim vt cõuictus.sed solùm excõicatur:& seruatur ordo ca.excõicamus. s̃.de hær.& vide quod no.Io.An.s̃.de præsum. c.2. & in c.ad abolendam.§.quia verò.ista sunt dicta Io.An.in multis apostillis.nihil addito.

S V M M AE.

1 *Compurgatores quales esse debeant.*

1 CVm dilectus, No.j. †quales esse dẽant compurgatores:debent.n.esse personæ honestæ,& vicinę:cũ eũ deponant de iudicio intellectus.hoc est de credulitate,& opinione,vt s̃.e.c.constitutus.ille, qui ignorat,non hẽt credere,vel opinari:sicut nec ẽt dubius,vt no. in l. q̃ de statu. ff. de testa.& in hoc differunt isti testes, q̃ admittunt ad purgationẽ,ab aliis,q̃ deponunt sup̃ aliis dispositionibus,q̃ debẽt deponere sup̃ fcõ,non super iudicio intellectus,vt in c.cũ cãm. de testi.per In.& no.in l.stipulatio ista.§.id quoq;.de ver.ob. differunt etiam isti ab aliis.quia sufficit,q̃ ab ecclesia tolerẽtur ad hoc vt dicantur idonei:non sic in aliis, ut dixi in d.ca. constitutus.Item differunt in numero;quia in aliis dispositionibus sufficiunt duo.vt s̃.de testi.ca.in omni. In purgatione verò requiruntur plures,vt s̃.c.proxi. alias differentias collige per te ipsum.

S V M M AE.

1 *Purgatio indicenda est propter infamiam.*
2 *Familiaritas mulierum non est tuta castitatem seruare volenti.*
3 *voces vanæ populi non sunt exaudiendæ.*
4 *Peccatum non oportet timeri in iurium obseruatione.*
5 *Iudex quando respicit litigantem velle subire grauamen non expediens, debet,quantum potest,ab hoc retrahere.*
6 *Procurator potest offerre purgationem.*
7 *Casus, in quo deficiunt compurgatores.*
8 *Testes de iure necessarij quando non reperiuntur in loco: tunc quales reperiuntur, idonei reputantur.*

1 CVm in iuuentute. ¶ Nor.j.
2 †q̃ p̃ in famiam est indicenda purgatio 2.& pot diuidi in tres partes. prima narrat factũ : & p̃curationis petitionẽ ex facto secutam.secunda ibi[nos aũt.] petitionem improbat. tertia ibi[cæterum.]petitionem admittit cum quadam p̃testatione.¶Secundò not. principium:q̃ pr̃ filium, quem diligit,corripit.concord.5.q.5.c.non osculatur. ¶Tertiò no.q̃ Papa monuit istum.N.per lr̃as,vt vitaret familiaritatem suæ

2 neptis.†hæc aũt familiaritas non est tuta castitatẽ obseruare volenti,vt patet in c.j.s̃.de coha.cle.& mu. & quod no. Ioan. An.de eo,qui cog.consang.ca.veniens.2.in glo. adulterium. ¶Quartò no. de isto rescripto Papæ regi, & magnatibus publicato:ex quo,sc̃dm quosdã,habuit ortũ ista infamia. quod non est verũ,sc̃dm Ho.quia tex.dicit, q̃ p̃ illud rescriptum creuit:non aũt orta fuit.quidã dicunt,q̃ habuit ortũ à dictis æmulorũ:ad quorum dicta vr̃ purgatio indicenda, vt j̃.eo.c. accedens.Sed Ho.dicit,q̃ si à solis æmulis,& inter ipsos solos infamatus est,non indicitur purgatio de necessitate iuris . ut hic.si verò infamia sit cõis(tn̄ æmuli plus loquãtur) purgatio indicitur,vt ibi. ¶Quintò no.q̃ dictũ facile sequitur multitu
3 do.hinc est,†q̃ vanę voces populi non sunt exaudiendæ, vt C.de pœn.decu.& patet ex no.de ele.c.2. vñ Hie.ad Furiam sub litera.c.æquiparat rumorẽ igni stipulæ flammæ,cum deficiunt nutrimenta. ¶Sextò no. q̃ infamiã extinctã molitur qũq; aliquis suscitare:quod faciendum non est.de resc. c.nõ nulli.6.q.j.c.deteriores.vñ non vr̃ posse improperari mala vita p̃terita,quã emendatio consequuta est. & talis fortè tenet iniuriarum.quod dic,vt l.eum qui nocentem.ff.de iniuriis.
¶Septimò no.q̃ habent qũq; aliqui bonum zelum: sed non sm̃ scientiam,vt dicit Io.An. post Ho. q̃ ex hoc zelo peccant qũq; religiosi,tn̄ zelũ habentes ad corrigendum pctã:q̃ nullum ordinẽ seruant:adeo q̃ de quantũcunq; occultis volunt inquirere,& punire.vt s̃.e.c.inter.& de accu. c.qualiter.propter quod dicit periculosum ignorantes iura in ep̃os promoueri:de quo.de consang.& affi.c.j. sequendum est.n.in oĩbus indicium rõnis.de p̃b.c.graue.& secundũ alleg.& non secundũ conscĩam iudicãdum est,vt in c.1.de of.ord.nec iuribus, maximè canonicis, p̃ferenda est capitanea voluntas. s̃.de p̃sum.c.j.& c.ne innitaris prudentiæ. †nec oportet pctn̄ timeri in iurium obseruatione,cũ ipsa nullum pctn̄ nutriant 23.
4 q.4.c.qui peccat.debet ergo voluntas regulari iudicio rationis.vnde Seneca ad Lucillum epist.3. [Omnia cũ amico deliberа:sed de ipso prius.]& hic vide in nouella. alias auctoritates de amicitia,q̃ debet sine suspicione,& idem ore,& mente gerere:nec aliquid dissimulare.¶Octauò no.in ver.nos aũt.
5 †q̃ cum iudex respicit litigantem velle subire grauamen nõ expediens:debet,quantũ p̃t,ab hoc retrahere: & sic supplere de facto improuidã petitionẽ,repellendo, sicut & ineptã, & iniustã dentib.lacerandã.vt in c.examinata.de iud.& de offi. vica.c.j.& grauabatur eps in ista purgatione, quam procurator suus improuidè offerebat.quia licèt ipsa p̃stitisset: cũ nulla præcederet inquisitio:non fiebat aliis p̃iudicium, quin possent inquirere.secus si inquisitio præcessisset.s̃.de collu.c.intrm̄.sm̃ Inn.¶Nonò no.q̃ propter importunitatem princeps qũq; non concedenda concedit,ut in glo.antepe.& 43. di.c. sit rector.& de rescr.c.vlt.li.6.& de sen.ex.c.si aliqn̄.¶Deci
6 mò no.†q̃ procurator potest offerre purgationem,cõtra qd̃ gl.opponit.& solue,ut in ea.Inn.dicit, q̃ generalis procurator pot ipsam petere.de accu.c.veniens. ¶Vndecimò no.q̃ Papa hic protestatur.& hoc ad istum finẽ, vt si deficeret eps in purgatione,non molestè ferret pœnæ impositionem propter purgationis defectũ:sed sibi imputaret. & per hoc credo,q̃ gn̄alis procurator non deberet admitti : quia vbi tractatur de pena dn̄o infligenda,requiritur sp̃ãle mandatum, vt in cle.procurator. de procur.vel hoc fecit Papa,vt pudori suo consuleret:ne videatur ius ignorare.s̃.de temp. ord.c.vel
7 non est compos.¶Duodecimò no.†casum,in quo deficiunt compurgatores:quia sunt æmuli,& aduersarii illius,qui dẽt se purgare.ex quo gl.colligit,quòd pot quis per seipsum purgare:& ẽt si alii testes deficiunt,& etiam cum laicis, & fœminis.dicit gl.fi.de quo etiam no.14.q.2.c.in decima. & 81. di.
8 c.clerici.†tene ergo menti,quid iuris, quando testes de iure necessarii non reperiuntur in loco : quia tunc quales reperiũtur,idonei iudicantur.quondam semel consului in quæstione tali.dicit lex,q̃ ad inuentarii confectionẽ debẽt adhiberi testes

stes optimæ opinionis.in Auth.de hær. & fal.tribus adhibitis melioribus de ciuitate ad inuentarium: opponebatur postea contra ipsos,q̃ ipsi ludebant publicè ad azardum in barateria,& mutuabant ibi in ludo:replicatũ fuit, q̃ omnes sic faciebant secundùm consuetudinem ciuitatis.nec potuissent reperiri alii non agentes.ita tex.iste,& notata hic faciunt,q̃ valet inuentarium.arg.contra.de excess.præla. c.inter dilectos. quod tamen loquitur in diuerso casu: vbi non subest eadem ratio.c.de testibus.per te vide;quia leue est.

A D D I T I O.

2 ¶Est indicenda purgatio.Addo Io.de Turre cremat.in cap. mandastis.2. quæstione 5.

S V M M AE.

1 *Purgatio indicitur ad dicta æmulorum.*
2 *Æmulus.accipitur pro inuido.*
3 *Illegitimitas est nota,defectus,& non delicti.*
4 *Purgare qualiter se quis possit,quòd non sit sacerdotis filius.*
5 *Purgare qualiter se debeat quis ab irregularitate.*

A Ccedens. Infamatus defectu natalium,si vult pmouerı,debet se prius exinde purgare . & sunt duæ partes.In prima cõquestio.In secunda prouisio,ibi[quia circa.]
1 ¶No.primò † q̃ ad dicta æmulorum indicitur purgatio.qd̃ est verum,qũ non apud æmulos tn̄,vt s̃.de accu.c.inquisitionis.in fi.per Ioan.An.secus autem si apud æmulos tn̄, vt s̃.c.
2 prox. vbi ad dicta æmulorum non indicitur purgatio. †& accipitur hic æmulus pro inuido:sicut.s̃.de renun.cap.licitè. an aũt tales æmuli accusare possint.dic vt 2.q.6.c. de cetero. in 1.gl.¶Secundò no.q̃ qui habet læsam conscientiam, non debet facere per alium,quod per seipsum facere non potest, vel non vult. quod dic vt s̃.de offi.ord.c.si sacerdos.& de ele. c.quia propter.§.illud.in prin.per Io.And. Et aduerte , quia iste episcopus non permisit istum ab alio ordinari: nec alius debuisset sine eius permissione:quod dic,vt j̃.de tempo.ordc. cum nullus. & c.1.& 2.li.6.& facit iste tex. q̃ si episcopo mouetur quæstio de re aliqua, quam credit ad illum , qui vendicat,pertinere: non debet per se,vel alium litigare cõtra cõsilium Iurisconsulti in l.atqui natura. §.cum me absente.ff.de
3 nego.gest.facit quo no.s̃.de postu.c.bonæ.¶Tertiò not.† q̃ illegitimitas est nota defectus,& non delicti.56.di.c.nasci.& habet hæc dictio,nota,multas significationes,vt no.s̃.de off. dele.c.cum olim.& de sorti.c.fi.hic autem exponitur, nota,i. infamia:de qua hic erat,& constabat,quòd de facili poterat: sed non de ipsa filiatione,vel veritate illegitimitatis : de qua hic Papa mandat inquirı,secundùm Host. nam si de veritate constaret,nõ esset locus purgationi,vt j̃.c.proximo.¶Quartò no.q̃ receptum ab ista purgatione debet ipsum episcopus ad sacerdotiũ promouere,si nolit monitus abstinere.de tempo.ord.c.ex tenore.à contrario ergo sensu,si se non purgat , promoueri non dẽt.Nõ obstat,q̃ allegari posset, istum.T.ex proprio delicto non notatũ:quia & si nõ sit nota delicti , &c. vt in tex.& ad hoc tendit dicta allegatio.¶Opponitur: dicit
4 hic,† quòd debet se purgare,q̃ non sit filius sacerdotis.contra ille,qui se purgat,debet iurare de veritate.vt s̃.eo.c.quoties.secundùm istud iuramentum, nullus præstare potest de se,q̃ in veritate sit filius alicuius,ut in l.Lucius.ff.de cond. & dem.præterea iste admittitur ad purgandum se,q̃ non sit filius sacerdotis,& sic ad meram negatiuam,quæ est improbabilis,vt s̃.de ele.c.bonæ.ergo malè vr̃ dictum , q̃ in hoc casu sit purgatio indicenda.So.vt in gl.quò ad primum contrariũ de l.Lucius.Io.An.dicit , q̃ hoc casu nõ præstabitur iurm de veritate:quia tunc subiret anceps periurium,contra l.videamus.ff.de in li.iu.nam de veritate conceptionis,& natiuitatis suæ,& de precedenti matrimonio nullus iurare pot . & ideò sufficit isto casu iurm de credulitate : ut sic pp qualitatem facti recedatur à forma consueta,q̃ secundùm conscientiã præstari non pot.[& hoc solum posuimus.]&c.de rescr. c.fcisciitatur.ad hoc optimè d.l.Lucius.vel pot dici, q̃ eo ipso,q̃ natus est in domo,constante matrimonio , & ex vxore cũ uiro cohabitante, vehementer præsumitur , q̃ sit natus de matrimonio.vt l.filium diffinimus.ff.de his, qui sunt sui,uel ali.iur. & hoc scire dicimur,quod uehementer opinamur:licèt oculis non viderimus.vt Christum crucifixum:Iustinianum Imperatorem:Bononię vigere studium:& similia.ut no. Inno.s̃. de iura.calum.c.cum causam.& Io.An.j̃. ti.prox.ad fi. super ver.populus testis.& c.ad aliud contrarium de negatiua.dic, q̃ negatiua bene uenit in purgatione.vt s̃.de of.or. c.ex parte.vbi.quis purgat se, q̃ in absolutione non tacuit excessus: negatiua ẽt loco,& tempore non arctata probatur ab eo,qui dicitur non fecisse,vel aliud in negando consistens,ut ca.j.de confessi.6.quid.n.prohibet iurare , q̃ non commiserim homicidium,furtum,adulterium,& similia . ¶Vltimò not.†q̃
5 ab irregularitate debet quis se purgare.facit de apostа.c.j.& dicit hic Io.An.q̃ si qs diu habitus,& reputatus fuit ltimus : subsequens infamia non est attendenda.ar.q̃ fi.sint leg.c.peruenit.& de presby.non bap.c.fi. facit ad materiã filiationis , quod no.In.de fil.presby.c.Michael.

S V M M AE.

1 *Priuatus per sententiam ecclesia sua,dicitur ipsam postea per violẽtiam obtinere.*
2 *Sententia secunda confirmans primam valet.*
3 *Electio ad aliquos spectat, non possunt eligere priuatum per sententiam.*
4 *Exceptiones nullitatis audiuntur contra sententiam.*
5 *Crimen incestus , & adulterij est sufficiens ad priuationem beneficiorum.*
6 *Ordo iuris seruandus est in inquisitione.*
7 *Iudex cauere debet,ne in sententia contrarias causas exprimat.*
8 *Purgatio præstita coram iudice non suo,non producit effectum purgationis.*
9 *Crimen idem an possit intentari eodem genere agendi, vel diuerso,quãdo actum est per viam purgationis.*
10 *Actum si fuerit per viam inquisitionis, & absolutio, vel condemnatio est secuta : an possit idem , vel alius eundem de crimine iterum accusare.*
11 *Crimen quando deductum est in modum exceptionis , & iudicatum in quæstione , in qua excipiebatur: an possit idem crimen intentari per viam inquisitionis.*
12 *Actum si fuerit per viam denunciationis super crimine: an possit iterum agi per viam accusationis, vel inquisitionis.*
13 *Actum quando est ciuiliter an possit agi criminaliter, vel econtra,eodem iudicio durante, vel finito per absolutionem , vel condemnationem.*

C Vm dilectis. Super notorio crimine non est indicenda purgatio: & pendente cã criminis coram delegatis Papæ,purgatio super illis ab ordinario recepta nõ valet . & sunt 4.partes.In prima auditoris datio ad causam. In secũda ibi[idem procura.] ictoris petitio.In tertia ibi[dictus verò.]rei responsio.In quarta ibi[is igitur.] causæ diffinitio.Et est casus,q̃ iste D.clericus petebat assignari sibi possessionẽ ecclesiarum collatarum per abbatem sancti Galli: quas dicebat per H.presbyterum detineri occupatas : cum ipsis fuerit priuatus per ep̃m:quia purgationem indictam non prestitit, & subsequenter priuatus fuit ẽt à iudicibus delegatis à Papa:quorum processum exhibuit procur. D. contra quem p̃cessum,& priuationes tam ep̃i,q̃ iudicum delegatorum, contra quæ presbyter iste opposuit,exceptis , de quibus in text. quibus discussis Papa pronunciari mandat per auditorẽ, vt in

in tex. patet. ¶No. primò, ꝙ iste episcopus huic presbytero infamato purgationem indixit. quod an posit, non præcedẽte inquisitione: dic vt s̃. eo. c. inter. in prima gl. ¶Secundò no. ꝙ iste presbyter possidebat plures ecclesias: & forsan vna pẽdebat ab altera: alias eidem conferri nõ debuissent. de præb.
2 c. cum non ignores. de æta. & qua. c. eam te. ¶Tertiò no. † ꝙ priuatus per sníam ecclesia sua dr̃ ipsam postea per violentiam obtinere. quod intelligo verum, si snía est iusta. si autem est iniusta: an peccet ille, qui rem detinet cõtra sníam. dic vt j̃. de immu. ec. c. quia plerique. per Inn. ¶Quartò no. in versi. cumque. ꝙ ad petitionẽ uniuersitatis Papa cõmittit inquisitionem. sm̃ Inn. qd̃ tn̄ tex. non probat: quia dicit: [& quorundam aliorum] &c. istorum enim intererat, saltem rõne correctionis euangelicæ. 2. q. 1. c. si peccauerit. & sic impetrauerũt in modũ denunciationis. de accu. c. cum oporteat. vel dic, ꝙ impetrauerũt directè agendo, vel accusando: ideò fuit lis cõtestanda, vt in tex. Non ob. quod dr̃ in literis [ꝙ se purgaret.] quia intelligitur, si fuit infamatus apud bonos, & malos: & ĩpetrantes in probatione deficiant, vt patet ex not. s̃. de accu. c. cum P. ¶ Quintò no. ꝙ isti iudices delegati adhęserunt ꝓcessui episcopi: vt sic probationes factæ in vna causa faciant fidẽ contra eundẽ in alia causa. ex quo patet, ꝙ de eodẽ incestu purgationẽ indixerat eps: & deinde iudices delegati. Nõ obstat, ꝙ non sit sæpius inquirendum de eodẽ crimine, vt s̃. de collu. c. fi. quia loquitur, cũ quis extitit absolutus: secus si
3 condemnatus pluries: quod esse potest, secũdũ Io. An. † sicut valet secunda snía confirmans primã: licèt non sit contraria primæ, vt no. in l. j. C. qñ prouo. non est ne. ¶Sextò not. ꝙ in snía priuationis dẽt dari licentia conferendi ordinario collatori. à contrario ergo sensu † si aliquis est priuatus per sníam
3 non possunt illi, ad quos spectat electio, illũ eligere: ꝙ licèt ecclesia vacet de iure, & non de facto, vt cap. cum nostris. s̃. de conce. præb. de quo ꝓ Inn. s̃. de acc. c. qualiter. il. 2. facit. c.
4 licèt eps. de præb. lib. 6. ¶Septimò no. † ꝙ exceptiones nullitatis audiuntur cõtra sníam: & impediunt effectum collationis factæ ab ordinario, quæ fundatur super sentẽtijs sic latis. quod dic, vt l. quarta. §. condemnatũ. ff. de re iudi. per Bart. &
5 s̃. de re iudi. c. de cetero. ¶Octauò no. † ꝙ crimẽ incestus, & adulterii est sufficiens ad priuationem beneficiorum: & concurrunt hic incestus, & adulteriũ: quia cum nupta, & consanguinea perpetratum fuit: & ideo grauius puniendũ, vt l. si adulterium cum incestu. ff. de adul. & l. vim passam. §. prescrip. eo. tit. ¶Nonò no. in ver. his, & aliis. ꝙ de commissione delegationis debet constare, si delegationem factam esse in alia instantia, allegetur, vt plenè no. s̃. de of. dele. c. cum in iure. si tn̄ de ipsa non constiterit: credendum est cõtra se illi, qui asserit causam delegatam fuisse. circa hoc dicit Io. An. ꝙ ideò facit fidem hic: quia relatio fuit missa ad curiam. ad hoc. s̃. de exce. præla. c. inter dilectos. & etiam quia (vt dixi) procur. exhibuit, contra quem postea facit fidem, iuxta no. in c. cũ ven. s̃. de excep. per Inn. ¶Decimò no. ꝙ processus hic iudicum irritatur, ratione ordinis prætermissi: talis enim puersio causæ ad seipsam semper vitiat, ut in l. prolatam. de sen. sed non ita vnius causæ ad aliam, vt l. 1. & ibi no. C. de app. & collige,
6 † ꝙ in inquisitione seruãdus est ordo iur. quod dic, ut l. 2. §. si publico. ff. de adul. per Bar. plenè. ¶Vndecimò no. ꝙ qñque iudex in snía exprimit causas inuicem repugnãtes: nam delictum fore notorium, & purgationem indicere, sunt opposita: purgatio enim indicitur, cum est dubium de ueritate delicti:
